



4



PRIVILEGIA,

INDVLGENTIAE, AC FA-
CVLTATES HOSPITA-
LIVM ALMAE VRBIS RO
MAE, COLLEGIO SEV
HOSPITALI, ET SO-
TIETATI PVERO-
RVM ORPHANO-
RVM IN CIVITA
TE SALAMAN.
A.R.P.D.
FRANCISCO DE SOLIS EPIS
COPO BALNEOREGIEN.
NVPER ERECTIS, ET IN-
STITVTIS, PER S.D.N.
PAVLVM PAPAM.III.
CONCESSAE, ET
CONDONA-
TAE.


Solem ſine læſura
Boni Hoſpitii
Præſtiti.
Sapientiæ.18.
FRANCISCVS · SOLIS · EPISCOPVS · BALNEOREGIENSIS +

INTER officia pietatis, quæ a deo opt. max. nobis sunt proposita, illud in primis (Lector christia nissime) videtur necessarium, hominecp dignum, accurata liberorum, optimaq; educatio, atq; institutio. Nemo enim est, qui nesciat ex ea vna humanam societatem, deiq; ipsius cultum, ac quicquid denique a nobis ad bene beateq; viuendum comparatur, propemodum pendere. Nam etsi plurimū interest, quo quisq; ingenio præditus, quoue loco, aut quo sanguine creatus sit, nulla tñ fere planta suamet ipsius natura adeo est nobilis, soliq; bonitate ita fructuosa, quæ si relinquatur inculta, non & vilis & sterilis paulopost euadat. Nullaq; econtrario tam infœcunda, e qua non aliquem fructum consequamur, si modo ad eam colendam cogitatio & cura suscipiatur. Itaq; cum in vinea, & in agro domini vberrimo quidem illo ac fertilissimo, permultæ in dies passim oriantur plantæ, quæ longe anteq̄ veniant ad frugem, vel agricolarum culpa, vel iniuria temporum, vel aliarum rerum difficultate neglectæ, ac desertæ sint, eæ sane (ni cultura aliqua velut recreatæ fuerint) aut prorsus intereant necesse est, aut ita demum lasciuiant, atq; in ramos eiusmodi & frondes excrescant, vt non modo ipsæ sibi inutiles sint, verum etiam aliis perniciosæ. Hæ plantæ pueri illi sunt ac pupilli, quos parentum, cognatorum, eorumq; (quibus potissimū curæ esse debent) partim negligentia, ac vitio, partim morte aut inopia, destitutos, orbatos, afflictos videmus, & in extremam adductos calamitatem. Adeo, ut (dum nulla ope subleuantur) vel in summa egestate contabescant, vel ut sibi victum parent, in omnem licentiam, audatiam, vitæq; turpitudinem, sine duce ac custode dilabantur. Quo fit, ut nihil usq; miserorum, egentium, flagitiosorum, perditorumq; hominum inueniatur, quod nō ex hisce fere puerorum infœlicissimorum emanet seminarijs. Quod utiq; Christianæ Reip. ac nomini, quantum dedecoris afferat ac detrimenti, quantūq; ab humanitate ipsa, nedum ab ea pietate (de qua supra dicebamus) alienum sit, facile per se quisq; potest considerare. Quæ cum ita se habeant, etsi paulo serius q̄ necesse fuit, nonnulli tamen aliquando tandem fuerunt, qui cum eis de causis (quas diximus) tum ea in primis commoti misericordia (quæ homines christianos decet) nulli neq; labori, neq; impensæ, nullisq; difficultatibus pepercerunt, ut tam magno huic malo remedium adhiberent, puerosq; ipsos ubiq; per vrbem dispersos tabe, nuditate, inedia, multisq; morborum generibus pœne confectos, in unum omnes collegerunt, eosq; sanandos, alendos, ac pro cuiusq; ingenio disciplinis et artibus, christianisq; potissimum moribus imbuendos curarunt. Quæ sane ita sunt fœliciter assecuti, ut vix dum bienniј spatio, præter recuperatā maxima ex parte eorum valetudinem, pueri non mediocriter instructi multa inter se iam doceant, quæ didicerunt. Deq; ijs rebus præsertim, quæ ad christianos ritus et religionem pertinent, multo eruditius disserant, ac colloquantur, q̄ multi qui in sacerdotio, altarisq; ministerio consenuerunt. Iidemq; per eandem Vrbem, quam antea dies, noctesq; lamentis, eiulatu, gemitibus complebant, nunc tanquam e fornace ardentis ignis liberati sibi ipsis gaudentes, gratulantes mutuo, diuinasq; concinentes laudes, deo gratias agunt omnipotenti, tantumq; beneficij ei, atq; illis præterea ferunt acceptum, quorum in se charitatem, multo q̄ paternam, maiorem experiuntur. Huius autem cultores charitatis, quo ex ea fructus vident vberiores, eo ad eam prosequendam ardentius inflamantur. E quibus. R. P. D. Franciscus de Solis Pontifex Balneoregiensium, qui eximiam suam medicæ artis peritiam cum literarum sacrarum studio coniunctam, non ad corporum modo, sed ad animorum quoq; curationem, salutemq; conuertit. Hoc vno facto dumtaxat haud

quaq̃ contentus, idem in Salamantina Urbe Hispaniarum celeberrima faciendum, Romaniq; huius exemplo (cuius etiam primus actor fuit) similium puerorum collegium, siue Hospitale sua magna impensa erigendum curauit. Quæ omnia Paulus. III. Pont. max. ut quantum sibi probarentur, eaq; & sua ipsius, & omnium ope, ac fauore dignissima iudicaret, hac etiam significatione omnibus declararet, Indulgentias omnes atq; Priuilegia, quæ cæteris collegijs huiusmodi, atq; locis pijs, ac præsertim Hospitali Sancti Spiritus in Saxia de Urbe sunt concessa, e sanctæ matris ecclesiæ thesauro deprompta, collegio ipsi concessit. Quare cum ad hoc opus præclarissimum atq; sanctissimum, non in una tantummodo Urbe, altera ue, sed ubiq; terrarum perficiendum maxime sperandum sit, vere christifideles, suis quisq; pro viribus opem allaturos, ut quænam inde ij sint præmia reportaturi non ignorarent. Ego operæ precium futurum me existimaui, si priuilegia ipsa diuulgarentur. Et quãq̃ ad pietatis officia præstanda, non tam priuilegia ulla, ullumue præmiorum genus mouere nos debent, q̃ dei ac Saluatoris nostri Iesu Christi merita erga nos ingentia, atq; infinita. Quanto tamen hæc diuinæ immensæq; largitatis munera benignius ac liberalius nobis offeruntur, tanto ad ea promerenda excitari uehementius atq; adeo incendi debemus. Quod autem ad hos pueros educandos attinet, eiusq; maiestati perinde atq; agnos nouellos e faucibus luporum ereptos offerendos, quantum proculdubio simus promerituri, ex eodem ipso deo, ac domino nostro facile omnes possumus intelligere, quippe qui dum turbæ illi pueros item offerrent, discipulis iussit, ut eos uenire sinerent ad se. Hoc est, ut nullum officij genus prætermitterent, quominus ad regnum cælorum, (quod ipsorum est proprium) aditus illis pateficeret. Cuiusmodi autem hæc sint Priuilegia & præmia, ex ijs quæ deinceps sequuntur, tibi Lector optime perspicere licebit.

Vale.

SVMMARIVM PRIVILEGIORVM, ET INDVLGENTIARVM, Hospitali Puerorum Orphanorum in Ciuitate Salamantis. per R. P. D. Franciscum de Solis Episcopum Balneoregiens. nuper erecto, & Ministris, & Confratribus eiusdem Hospitalis, a S. D. N. Paulo Papa. III. nouiter concessarum.

PRIVILEGIA HOSPITALIS.

¶ Hospitale Puerorum Orphanorum eisdē Priuilegiis, & Exemptionibus absq; vlla penitus differentia gaudet, quibus Hospitalia alme Vrbis. folio. I.

¶ Decimas de fructibus Hospitalis nullus exigere potest. fo. vi. viii. xxviii.

¶ De bonis, quæ ad vsum Orphanorum relinquuntur, Hospitale canonicam portionem non tenetur soluere. fo. x. xi. xii.

¶ Hospitale eximitur a gabellis, cæterisq; impositionibus. fo. xxxviii.

¶ Priuilegia, & Indulgentiæ Hospitalis sub nullis derogatoriis comprehenduntur. fo. xix. xlii.

¶ Cum generale interdictum fuerit, in Hospitali diuina officia celebrari possunt. fo. viii.

¶ Hospitale, & Ministri a quorūcūq; Prælatorū ptāte eximunt. fo. iiii. viii. xi. xvi. xl.

PRIVILEGIA RECTORIS & Ministrorum dicti Hospitalis.

¶ Rector, & consiliarii possunt instituere Confraternitates in fauorem Hospitalis, & quoscunq; in Confratres recipere. fo. xxxi.

¶ Rector, & Confratres quæcūq; statuta pro eiusdem Hospitalis fœlici regimine condere, reformare, & mutare possunt. fo. xxvi. xxxiiii.

¶ Rector auctoritate Apostolica potest in augmentum Hospitalis cōponere de Vsuris, Rapinis, Incendiis, de offensione parentum, de Paruulorum oppressione, de Officiorū diuinorū ommissione, & aliis casibus, & vota permutare. fo. iii. x. xii. xv. xxiiii. xxviii. xxxix. xliiii. xlvii.

¶ Rector in ecclesia Hospitalis pōt cōstituere pœnitentiarios cū virgis. fo. v. xxxi. xxxvii.

¶ Rector Hospitalis fratres cuiuslibet ordinis (Carthusiensium excepto) ad ordinem Sancti Augustini potest transferre. fo. iii. vii.

¶ In aduentu Rectoris seu Commissariorum ad colligendas Elemosynas ad loca interdicta, officia diuina possunt celebrari. fo. iii. viii. x. xvii. xlviii.

¶ Rector dispensare potest de omni irregularitate, Bigamia & Homicidio voluntario duntaxat excepto. fo. iiii. xx.

SEQVVNTVR indulgentiæ, quas consequuntur Confratres Hospitalis, virtute Bullæ plumbeæ, & confessionalis.

¶ Imprimis, ꝙ quilibet Confrater possit aliquem Præsbyterum sæcularem, vel cuiusuis ordinis regularem in suum eligere confessorem, qui illum a quibusuis (etiam maioris) Excommunicationis, Suspensionis, & interdicti a iure vel ab homine latis sententiis, etiam si eorū absolutio sedi Apostolicæ specialiter, vel generaliter reseruanda foret.

¶ Item, ꝙ talis Confrater possit habere Altare portatile, super quo in Domibus, & in locis cōgruentibus & honestis, etiam non sacris, & quauis etiam Apostolica auctoritate interdictis, etiam per horam ante diem, vel post horam post meridiem, missas & alia diuina officia per quoscūq; Sacerdotes, & per seipsos (qui Præsbyteri sunt) celebrare.

¶ Item, ꝙ quilibet Confrater in Ecclesia (in partibus vbi fuerit) tempore īterdicti cum quindecim ad placitum eligendis, missas & alia officia diuina audire possit.

¶ Item, ꝙ quilibet Confrater in ecclesia (vbi ipse fuerit) easdem indulgentias, & peccatorum remissiones cōsequatur, quoties celebrauerit, vel celebrare fecerit tam pro viuis, ꝗ pro defunctis, quas consequeretur, si in Altaribus Sancti Sebastiani extra. & Sanctæ Potentianæ, Sancti Gregorii, & beatæ Mariæ de Pœnis inferni intra muros almæ Vrbis celebraret.

¶ Item. ꝙ Cōfratres in quocūq; tempore & a quocunq; præsbytero Eucharistiam, & alia Sacramēta Ecclesiastica (cuiusuis licentia minime requisita) recipere libere & licite valeant.

¶ Item. ꝙ si contingat aliquem Confratrem tempore interdicti ab humanis decedere, cum aliquali honesta funerali pompa tradi possit sepulturæ.

¶ Item. ꝙ quilibet Confrater singulis Quadragesimalibus, & aliis quibuslibet anni temporibus, & diebus Stationum Basilicarum, & Ecclesiarum almæ Vrbis Romæ vnam vel duas Ecclesias, aut vnum vel plura Altaria (vbi residere contigerit) per illum eligendas vel eligenda. Et mulieres dictorum Confratrum in earum domibus vnam vel duas imagines deuote visitando, tot & singulas indulgentias, & remissiones peccatorum consequantur, quot & quas personaliter visitando eisdem diebus singulas Ecclesias dictæ Vrbis, intra & extra consequerentur.

¶ Item. ꝙ Confratres, & illi qui secum discubuerint, prædictis Quadragesimalibus, & aliis temporibus & diebus prohibitis, Ouis, Butyro, Caseo, & aliis Lacticiniis libere & absq; cōscientiæ scrupulo, Carnibus vero vrgēte necessitate, uti & vesci libere & licite possint, & valeant, & huiusmodi cibos sumendo ieiunii debito satisfecisse censeantur.

¶ Item. ꝙ mulieres dictorum Confratrum cum quatuor mulieribus Honestis per ipsarum quamlibet eligendis, quæcunq; Monasteria monialium cuiusuis (etiam Sanctæ Claræ) ordinis, ingredi & cum eisdem monialibus vesci, & conuersari licite & libere possint, dummodo ibidem non pernoctent.

¶ Item. ꝙ liceat Confratribus diebus ieiunii ab Ecclesia statutis, cum pane & fructibus, & aliis ex zuccaro confectionibus seu conseruis, sine interruptione ieiunii refectionem corporalem seu collationem in noctibus sumere.

¶ Item. ꝙ in die Sancti Iacobi Apostoli (qui maior dicitur) quilibet Confrater quinquies orationē dominicam, & toties salutationem Angelicam dicendo, vnam animam a pœnis Purgatorii liberare possit.

¶ Item. ꝙ quilibet Confrater fiat particeps imperpetuum, in omnibus & singulis Suffragiis, Precibus, Ieiuniis, Orationibus, Disciplinis, ac cæteris aliis bonis spiritualibus, quæ fiunt, & fieri possunt in tota vniuersali Religione Ordinis minorum nuncupatorum Sancti Francisci. Et ꝙ Confessor per dictum Confratrem eligendus, eandem facultatem & auctoritatem habeat in absoluēdo dictum Confratrem a criminalibus & aliis casibus, quā dicti Ordinis Sancti Francisci Supior Generalis, seu ab eo deputatus in absoluendo fratres dicti ordinis obtinet, toties quoties illum confiteri contigerit.

¶ Item cōcedūtur quibusuis Præsbyteris tam sæcularibus q̄ regularibus, qui ad altare maius ipsius collegii seu Hospitalis, seu in Capella aut Ecclesia in collegio seu Hospitali huiusmodi quocunq; anni tempore celebrauerint, & animabus Christifidelium, pro quibus iidem Præsbyteri inibi celebrauerint, aut celebrare fecerint, eædem Indulgentiæ, & peccatorum remissiones, quæ celebrantibus pro defunctis in capella (præsepe Domini nuncupata) sita in Ecclesia Beate Mariæ maioris de Vrbe, & animabus pro quibus inibi celebratur & oratur, concessa sunt.

¶ Item. Quilibet Confrater vere pœnitens, & contritus, nominando nomen IESV in mortis articulo, plenariam remissionem peccatorum consequitur.

Sequuntur Indulgentiæ, per totum annum Almæ Vrbis, quas consequuntur visitantes Hospitale præfatum.

In Mense Ianuarii.

In die	Epiphaniæ & per totam octauam eius.	Indul.	plena.
In die	Sancti Sebastiani.	Indul.	plena.
In die	Sanctæ Agnetis	Remissio omnium Peccatorum.	
In die	Conuersionis Sancti Pauli.	Indul.	plen.
In die	Sancti Ioannis Chrysostomi.	Indul.	plen.
In die	Vltimo Ianuarii.	Indul.	plen.

In Mense Februarii.

In die	Purificationis Beatæ Mariæ.	Indul.	plen.
In die	Cathedræ Sancti Petri.	Indul.	plen.
In die	Sancti Mathiæ.	Indul.	plen.

In Mense Martii.

In die	Sancti Thomæ de Aquino.	Indul.	plen.
In die	Sancti Gregorii.	Remissio omnium peccatorum.	
In die	Sancti Benedicti.	Indul.	plen.
In die	Annuntiationis Beatæ Mariæ.	Remissio omnium peccatorum.	

In Mense Aprilis.

In die	Sancti Marci Euangelistæ.	Indul.	plen.
In die	Sancti Petri Martyris.	Indul.	plen.

In Mense Maii.

In die	Sanctorum Philippi, & Iacobi.	Indul.	plen.
In die	Apparitionis Sancti Michaelis.	Remissio omnium peccatorum.	
In die	Sancti Bernardi.	Indul.	plen.

In Mense Iunii.

In die	Sancti Anthonii de Padua.	Indul.	plen.
In die	Sancti Ioannis Baptistæ.	Indul.	plen.
In die	sanctorum Petri, & Pauli.	Indul.	plen.
In die	Commemorationis sancti Pauli.	Indul.	plen.

In Mense Iulii.

In die	Visitationis Beatæ Mariæ.	Indul.	plen.
In die	sancti Bonauenturæ.	Indul.	plen.
In die	sancti Alexii Confessoris.	Indul.	plen.
In die	sanctæ Mariæ Magdalenæ.	Indul.	plen.
In die	sancti Iacobi Apostoli.	Indul.	plen.

In Mense Augusti.

In die	sancti Petri ad Vincula.	Indul.	plen.
In die	Beatæ Mariæ de Niue.	Indul.	plen.
In die	Sancti Laurentii.	Indul.	plen.
In die	sanctæ Claræ.	Indul.	plen.
In die	Assumptionis Beatæ Mariæ.	Indul.	plen.
In die	sancti Ludouici.	Indul.	plen.
In die	sancti Bartholomei.	Indul.	plen.
In die	sancti Augustini.	Indul.	plen.

In Mense Septembris.

In die	Natiuitatis Beatæ Mariæ.	Indul.	plen.
In die	Exaltationis Crucis.	Indul.	plen.
In die	Dedicationis sancti Michaelis.	Indul.	plen.
In die	sancti Hieronymi.	Indul.	plen.

In Mense Octobris.

In die	sancti Francisci.	Indul.	plen.
In die	sanctæ Lucæ.	Indul.	plen.
In die	sanctorum Simonis, & Iudæ.	Indul.	plen.

In Mense Nouembris.

In	Festo omnium Sanctorum.	Indul.	plen.
In	Commemoratione omnium Mortuorum, & per octo dies sequentes.	Indul.	plen.
In	Dedicatione Basilicæ Sancti Saluatoris.	Indul.	plen.
In	Dedicatione Basilicæ Sancti Petri.	Indul.	plen.
In die	Præsentationis Beatæ Mariæ.	Indul.	plen.
In die	Sanctæ Ceciliæ.	Indul.	plen.
In die	Sancti Clementis.	Indul.	plen.
In die	Sancti Andreæ.	Indul.	plen.

In Mense Decembris.

In die	Sancti Nicolai Episcopi.	Indul.	plen.
In die	Sancti Ambrosii Episcopi.	Indul.	plen.
In die	Conceptionis Beatæ Mariæ.	Indul.	plen.
In die	Sancti Thomæ Apostoli.	Indul.	plen.
In	Vigilia Natiuitatis Domini.	Indul.	plen.
In die	Natiuitatis Domini.	Indul.	plen.
In die	Sancti Stephani.	Indul.	plen.
✠ In die	Sancti Ioannis, liberatur vna anima a pœnis Purgatorii, &	Indul.	plen.
In die	Sanctorum Innocentium.	Indul.	plen.
In die	Sancti Siluestri.	Indul.	plen.

FINIS.

Consequuntur etiam Confratres, & omnes visitantes ipsum Hospitale puerorum Orphanorum Indulgentias Plenarias, & remissiones omnium peccatorum cum liberatione Animarum in Purgatorio existentium, quas consequerentur, si personaliter visitarent Stationes Ecclesiarum Almæ Vrbis in Quadragesima, & aliis temporibus, ut in Bulla Plumbea eidem Hospitali a Paulo III. Pont. Max. concessa, & in Confessionali a Clem. VII. R. P. D. FRANCISCO De SOLIS Episcopo Balneoregien. Plenius continetur.

DEO GRATIAS.







SEQVITVR BREVE, SEV CONFESSIONALE, R.P.D. FRANcisco de Solis Epõ Balneoregieñ. a Clement. VII. cõcessum, nũc vero a Paulo. III. confirmatũ, & applicatũ Cõfratribus Collegii seu Hospitalis Puerorũ Orphanorũ in Ciuitate Salamañ. erecti, vt in Bulla plũbea quisq; facile videre poterit.

¡A TERGO.

VENERABILI FRATRI FRANCISCO SOLIS EPISCOPO BALNEOREGIEN.

INTVS.

CLEMENS PAPA VII.



ENERABILIS FRATER, Salutem & Apostolicam Benedictionẽ. Syncerae deuotionis affectus, quem ad nos & Romañ. Ecclesiam gerere comprobaris, promeretur, vt illa tibi fauorabiliter concedamus, per quae tuae & tibi deditarum & attinentiũ personarũ animarũ saluti consuli possit. Hinc est, quod nos tuis deuotis supplicationibus inclinati, tibi necnon dilectis filiis Gometio de Villa fuerte, Ioanni de Villa fuerte, Inico Lupi, Petro Zappata de Cardenas, Mentiae de la Torre, Mariae de Cisneros, Mariae Zappata, Petronillae, Mariae Gomez, Catherinae de Mendoza, Tharesiae de Haro, Catherinae Lasso, Aldonzae de Haro, Mariae de Vlloa Comitissae, Mariae de Luxan, Beatrici de Barredas, Mariae de Ludeña, Annae de Luzon, Aloysiae de Luzon, Mariae Contumarie, Mariae Palomeque, Antonio de Riua de Neyra, Mentiae de Canderias, Franciscae de Vargas, Annae de Ludeña, Mariae de Riua de Neyra Moniali, Aluirae de Casares, Catherinae de Casares, Ferdinando de Mendoza, Mariae & Catherinae ẽt de Mendoza, Isabellae de Luxan, Ruipero della Cueua, Christophoro de Bolanies, Mariae de Vargas, Mariae de Solis, Constantiae de Viuero, Elisabethae Bozmediano, Petro Piña, Pompilio de Vanzolinis, Camillae, & Gẽtilae, ac Ferdinando de Tormeo Toletañ, uel alterius dioc. & eorum vxoribus ipsarumq; maritis, & vtriusq; sexus liberis, & nepotibus, vt aliquem presbyterum idoneum saecularem, uel cuiusuis ordinis regularem, in tuum possis & quilibet eorum possit eligere confessorem, qui vita tibi ac illis comite, te & eorum quemlibet a quibusuis (ẽt maioris) excõis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a iure vel ab homine quauis occasione uel causa pro tempore latis, & quibus ẽt pro tempore irretitus fueris, vel ipsi fuerint, etiam si eorum absolutio sedi aplicae specialiter vel generaliter reseruata foret, ac quorumcũq; votorum, & iuramentorum, necnon Ecclesiae praeceptorũ transgressionibus, periuriorum, simoniae, & homicidii mentalis vel casualis reatibus, manuum violentarum in quasuis

perſonas Eccleſiaſticas,non tamen Epos vel eorum ſuperiores de præterito iniectionibus,Ieiuniorum,Horarũ canonicarum,ac diuinorum Officiorum,& Pœnitẽtiarum iniunctarum in toto uel in parte omiſſionibus,Fructuum male perceptorum in foro cõſcientiæ dumtaxat,omnibusq; aliis tuis, & eorum peccatis,criminibus,exceſſibus,& delictis quamtumcunq; grauibus,& enormibus,ẽt talibus,propter quæ ſedes Apoſtolica merito conſulenda foret , videlicet in caſibus ;dictæ ſedi qualitercunq; reſeruatis(exceptis contentis in bulla Cænæ domini)ſemel quolibet anno ꝑ te,& perſonis ſupra nominatis,& eorum vxoribus,& filiis dumtaxat,pro aliis vero bis in vita, & pro omnibus in mortis articulo, De aliis vero eidem ſedi nõ reſeruatis caſibus,totiens quotiens opportunũ fuerit, confeſſionibus tuis,& eorum diligenter auditis abſoluere,ac tibi & illis pro commiſſis pænitẽtiam ſalutarem iniũgere.Vota vero quæcunq;(vltra marino viſitationem liminũ beatorũ Petri,& Pauli Apoſtolorum de vrbe,ac ſancti Iacobi in compoſtella,necnon religionis,& caſtitatis votis dumtaxat exceptis)in alia pietatis opera commutare,& iuramenta quæcunq; ſine tertiũ præiudicio relaxare, ac omnium peccatorum veſtrorum pro te ſilicet,& perſonis nominatis,& eorum vxoribus,& filiis dumtaxat ſemel quolibet anno,pro aliis vero bis in vita,& pro oĩbus in mortis articulo, ẽt ſi mors tunc non ſubſequatur,plenariam omnium peccatorũ remiſſionẽ,& abſolutionem Apoſtolica auctoritate impendere poſſit. Liceatq; tibi,& cuilibet eorum habere Altare portatile cum debitis reuerentia & honore,ſuper quo in tua,& illorũ domibus,& in locis congiuentibus & boneſtis , ẽt non ſacris,& quauis ẽt Apoſtolica auctoritate interdictis,ſeu tempore ceſſationis a diuinis,(dummodo cãm nõ dederitis hmõi interdicto ſeu ceſſationi,& per te vel per eos non ſtet quominus pareatis Apoſtolico interdicto)ẽt per horã ante diẽ, vel horam poſt meridiẽ,cũ qualitas negociorum ꝑ tempore ingruentiũ id exegerit,in tuorũ,& cuiuſlibet eorum familiariũ , parentũ,& conſanguineorũ pñtia Miſſas & alia diuina officia per Sacerdotes ſæculares vel regulares hmõi , & ꝑ ſe ipſos qui preſbyteri ſunt, vel pro tempore fuerint celebrare. Si autem ad Eccleſiam vbi fueritis te vel aliquem nominatorũ ire contigerit, tempore dicti interdicti uel ceſſationis a diuinis , tu vel noiatorũ quilibet cũ quindecim ad placitũ eligẽdis, Miſſas & alia diuina officia audire(clauſis tamen ianuis) eaſdem Indulgentias,& peccatorũ Remiſſiones conſequaris & cõſequantur quotiens celebraueris vel celebrauerint,& prædicti nominati qui ſacerdotes non ſunt celebrare fecerint, quas conſequerẽtur ,ſi in altaribus ſancti Sebaſtiani extra,& Sanctæ Potentianæ,Sancti Gregorii, & Beatæ Mariæ de pœnis inferni intra muros Almæ vrbis miſſas celebraueris vel celebrauerint, ac pro viuis,& defunctis quilibet veſtrũ celebrare feciſſet, Ac quocũq; tẽpore Euchariſtiã,& alia Eccleſiaſtica ſacramenta a quocũq; malueritis preſbytero idoneo, & vbicũq; ſine rectorũ præiudicio, præterq̃ in paſchate Dñicæ reſurrectiõis, cuiuſuis licentia minime requiſita,recipere libere,& licite valeatis . Et ſi contingat te vel nominatorũ aliquẽ tempore interdicti hmõi ab humanis decedere,tuũ & cuiuſlibet eorũ corpora decedentiũ Eccleſiaſticæ cum aliquali honeſta funerali pompa tradi poſſint ſepulturæ. Quodq; ſingulis quadrageſimalibus,& aliis quibuſlibet anni temporibus,& diebus ſtationum Baſilicarũ. & Eccleſiarũ Almæ vrbis Romæ, vnam vel duas Eccleſias,aut vnum vel plura Altaria, in partibus illis vbi te vel ipſos pro tempore reſidere contigerit, quas vel quæ tu duxeris vel quilibet eorũ duxerit eligendas ſiue eligenda,mulieres vero in earum domibus vnam aut duas imagines deuote viſitando,tot & ſingulas Indulgẽtias,& peccatorũ Remiſſiones,quas conſequereris,& ipſi conſequerentur,ſi ſingulis diebus eiſdem ſingulas dictæ Vrbis, & extra eam Eccleſias pro ſtationibus hmõi deputatas perſonaliter viſitares ſeu viſitarent,ac oĩa,& ſingula alia quæ pro conſecutione Indulgentiarũ,& ſtationũ hmõi , quomodolibet requiruntur adimpleres,& ipſi adimplerent,cõſequaris,& conſequantur. Præterea prædictis quadrageſimalibus, & aliis tẽporibus,& diebus prohibitis Ouis, Butiro, Caſeo,& aliis lacticiniis,tam tu,& illi qui tecũ, q̃ ipſi,& illi qui ſecũ diſcubuerint,libere & abſq; cõſcientiæ ſcrupulo. Carnibus vero vrgente neceſſitate uti,& veſci libere, & licite valeas,& ipſi valeant. Quodq; diebus & temporibus hmõi ieiunii ſemel in die tantũ cibũ ſumẽdo, ieiunii debito tu,& aliæ noiatæ,& nominandæ ac præfatæ perſonæ Ouis,& aliis lacticiniis veſcẽdo,ſatisfeciſſe cenſeamini,& cenſeantur,& illius meritum,ac ſi illis & aliis prohibitis abſtineretis,conſequamini. Cæterũ mulieres nominatæ,& nominandæ vna cum quatuor mulieribus honeſtis per ipſarum quamlibet eligendis quæcunq; monaſteria monialiũ cuiuſuis (& ẽt Sãctæ Claræ)ordinis ingredi,& cum eiſdem monialibus ueſci,conuerſari,& diuina officia audire , dũmodo ibidem nõ pernoctent,libere,& licite poſſint,& valeant. Liceatq; tibi,& illis præfatis quadrageſimalibus, & aliis temporibus hmõi ab Eccleſia ſtatutis,cum pane,& fructibus,ac quibuſliber aliis ex Zuccaro confectionibus;ſeu conſeruis,ẽt cũ aliqua exceſſiua quantitate ſine interruptiõe ieiunii refectionem corporalẽ ſeu collationem in noctibus ſumere. Quodq; in die ſancti Iacobi ad quem ſingula-

ré geris

rē geris deuotiōis affectum, quinquies orationē dominicā, & totiens salutationē angelicam dicēdo, vnam animam a pœnis purgatorii liberare possis, & ipsi possint. Præterea cū intellexerimus, te ad ordinem minorū nuncupatorū Sancti Francisci, & ipsum sanctū singularē gerere deuotionis affectum, te ac oēs alios p te noiatos, & nominādos in omnibus, & singulis suffragiis, precibus, ieiuniis, orationibus, disciplinis, ac cæteris aliis bonis spiritualibus, quæ fiunt, & fieri possent in tota vniuersali religione eiusdem Sancti participes in perpetuū facimus. Cōfessoriq; præfato per te & illos, (vt præfertur) elegendo, eandemet facultatem & auctoritatem, te & illos in absoluendo acriminibus, & aliis casibus superius nominatis, quam dicti ordinis sancti Francisci superior generalis, seu ab eo deputatus in absoluendo fratres dicti ordinis obtinet, totiens quotiens te vel illos confiteri contigerit concedimus, & elargimur. Decernentes psītes litteras nullo vnq̄ tempore p nos aut Romanos Pontifices successores nostros seu sedem eandem, ēt pro restauratione basilicæ prædictæ, sancti Petri, aut contra infideles expeditione seu quacūq; alia inexcogitabili causa, suspendi, reuocari, aut limitari posse, & quotiens suspendi, reuocari aut limitari contigerit, totiens reintegratas, & in pristinū statum restitutas, ac suspensio, reuocatio, & limitatio hmōi, pro reintegratione & restitutione haberi, ac semper a quibusuis reuocationibus exemptas esse censeri. Non obstañ. præmissis, ac cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac tam in prouincialibus q̄ synodalibus conciliis æditis generalibus vel spiritualibus, iuramento, confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, & confirmatis, stabilimentis quoq; vsibus, & naturis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoq;, & indultis, ac literis Apostolicis per nos, & Romanos Pontifices, ac sedem prædictā Motu proprio sub quacūq; verborum forma, vel aliis quibuscūq; modis, seu sub Bulla aurea, vel alias nuncupata, ēt si in eis caueatur expresse quod mulieres sæculares, vel aliqs præfatæ Sanctæ Claræ, & alia monasteria, ēt vigore cuiusuis indulti Apostolici ingredi non possint, cū quibusuis clausulis ēt derogatoriarū derogatoriis, fortioribus, efficacioribus, & insolitis, irritantibusq;, & aliis decretis cōcessis, cōfirmatis, & iteratis vicibus innouatis, ac quibusuis Cācellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis quibus omnibus ēt si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbū mentio seu quæuis alia expressio habenda, & certa forma exquisita seruanda foret, illis alias in suo robore permansuris hac vice dūtaxat motu proprio specialiter, & expresse derogamus. Cæterisq; contrariis quibuscunq;. Volumus aūt ne (quod absit) pp hmōi gratiam vel cōcessionem reddamini procliuiores ad illicita in posterum cōmittenda. Quod si a synceritate fidei, & vnitate Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrātium destiteritis, concessio & remissio hmōi, & quoad illas, eædem psītes literæ nullius sint roboris, vel momenti. Quodq; indulto, & concessione celebrandi, & celebrari faciendi ante diem parce vtamini, quia cū in altaris ministerio imoletur dñs nr Iesus Christus dei filius, qui candor est lucis æternæ, cōgruit hoc non noctis tenebris fieri sed in luce. Et quia difficile foret præsentes litteras ad singulos peruenire, quemlibet ex nominatis cum vxoribus & liberis, vigore præsentiū seorsum per se literas sub hmōi forma expedire posse, decernimus, & declaramus. Ac quod præsentium transumptis, & aliarum seorsum per nominatos expendiendarum, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati, aut persone in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, q̄ præsentibus adhiberetur, si forēt originaliter exhibitæ vel ostēsæ. Datum Bononiæ sub Annulo piscatoris die. XIX. Februarii. M. D. XXX.

Pont. nostri Anno Septimo.

ADVERTAT TAMEN LECTOR, vt ad deuotionem huius Sanctissimi Hospitalis in dies magis ardescat, q̄ Indulgentiæ & Peccatorum Remissiones, quas Animæ fidelium defunctorum cōsequuntur, pro quibus celebratur & oratur in præfatis Altaribus S. Sebastiani, Potentianæ Gregorii, Beatæ Mariæ de Pœnis Inferni, & in Capella Præsepe Domini nuncupata, sunt hæ, videlicet, q̄ vnica Missa liberantur a pœnis Purgatorii, & consequuntur integram Peccatorū relaxationem a Ro. Pon. Concessam. Has igitur easdem Indulgentias consequunt̄ Aīæ, pro quibus Confratres Puerorum Orphanorum celebrare faciunt in Altaribus ecclesiarū per eos eligendarum.


SVPERANDA
FERENDO
OMNIS
FORTVNA EST.

IN NOMINE SANCTAE

ET INDIVIDVAE TRINITATIS, PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI, AMEN.

NOVERINT uniuersi, & singuli hoc præsens publicum transumpti instrumentum, lecturi, uisuri, pariter & audituri, q; nos Hieronymus de Ghinutiis Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Eps Virgornien. S. D. N. Papæ, eiusq; Camerarii, necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæq; Curiæ Iudex ordinarius, sententiarum quoq;, & censurarum in Romana Curia latarum uniuersalis exequutor, ad. R. P. D. Leonardi bonæfidei Præceptoris præceptoriæ. S. Spiritus in Saxia de Vrbe principalis instãtiam omnes, & singulos sua communiter, uel diuisim interesse putantes, si qui tunc erant in Romana Curia pro eisdẽ ad uidendum quoddam sumptum Bullæ confirmatoriæ indulgentiarũ alias per Summos Ro. Pont. præceptori, confratribus, & religiosis, ac hospitali Sancti Spiritus in Saxia de urbe concessarum ex registro bullarum Secretariæ Apostolicæ clausum, & certo sigillo sigillatum produci, & postq̃ productum fuerit, uidendum, & audiendum iurare testes super recognitione sigilli illi impressi, illoq; recognito eundem aperiri, quo aperto, ipsum transumi, & exemplari, ac in publicam transumpti formam redigi, mandari, nostramq; & dictæ Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ auctoritatem iudiciariam, pariter & ordinariam, atq; decretum nostrum desuper interponi, uel dicendum & causam, si quam habeant, rationabilem, quare præmissa fieri non debeant allegandum per edictum publicum in ualuis audientiæ nostræ, ac Cancellariæ Apostolicæ etiam Campifloræ, ac aliis locis solitis, & consuetis, per unum ex. S.D.N. P. præfati Cursoribus, prout moris est, Cum propter uacationes generales de mãdato prælibati S.D.N. Papæ indictas in audientia publica literarum contradictarum prædicti. D. N. P. similes citatorum legi non possint legitime exequutum affixum, & publicatum per eundem. S.D.N. Papæ præfati Cursorem citari mandauimus, & fecimus, ad certum peremptorium terminum competentem, uidelicet ad diem & horam infrascriptã, quibus aduenientibus comparuit in iudicio legitime coram eximio Iuris utriusq; Doctore Domino Fabio Hungario de Spoleto Locumtenente nostro uenerabilis uir Dominus Paschasius Laurenti Senen. dicti Leonardi bonefidei pręceptoris pręceptoriæ S. Spiritus principalis procurator, & eius nomine (prout asseruit) procuratorio, & certas literas citatorias in supradictis locis nostro de mandato exequutas, & publicatas facto reportauit, citatorum in eis contentorum non comparentium contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari, & in eorum contumaciam quoddam sumptum ex registro Bullarum Secretarię Apostolicę clausum, & sigillo paruo cerę rubeę desuper impresso (ut moris est) sigillatum facto realiter, & in scriptis infrascripti tenoris. Nec non nonnullos testes fide dignos ad iurandum de perhibendo testimonium ueritati de & super recognitione antedicti sigilli dicto sumptu impressi exhibuit, atq; produxit, quibus quidem sumpto producto, & testibus per dictum Locum tenentem nostrũ receptis, & admissis, ac in forma iuris iuratis, ac super recognitione dicti sigilli rite, & decenter examinatis, & interrogatis, eorumq; dictis, & depositionibus in scriptis fideliter reductis repertisq; hõmi testibus fide dignis, & per eorũ dicta, & depositio-

nes hmôi dicto sigillo legitime & sufficiẽter recognito, idem Pascha. L. Seneñ. procurator ibidem adhuc presens, & coram eodem Locumtenente nostro nomine quo supra iudicialiter comparens in eandem contumatiam supradictum sumptũ (sic vt dantur) recognitum transumi, & exemplari, ac in publicam trãsumpti formam redigi, mãdari, auctoritatẽq; iudiciariam, & ordinariam, ac dictæ Curiæ decretũ desuper interponi per dictum Locũtenentem nostrum debita cum instantia postulauit. Ex tunc idẽ Locũtenens noster dictos citatos non comparẽtes reputauit nõ immerito prout erãt iustitia mediante contumaces & in eorum contumatiã attendens postulationẽ hmôi fore iustam & rationi consonam, quodq; iusta petenti non est denegandus assensus, dictũ sumptum ad manus suas recepit, illudq; tenuit, uidit, legit & palpauit. Et quia ipsum sumptum illæsum, non uiciatum, non cancellatum, neq; in aliqua sui parte suspectum, sed omni prorsus uitio, & suspitione carere inuenit, idcirco ad dicti. P. L. Senen. procuratoris ibidem adhuc præsentis & (sicut premittitur) comparentis vlteriorem instantiam huiusmodi sumptum per discretum Virum Dominum Ioannem Frumenti Ciuem. Ro. Re. columne nostrũ & dictæ nostræ Curiæ causarũ cameræ Apostolicæ notarium infrascriptũ trãsumi, & excplari, ac in publicam trãsumpti formam redigi iussit, pariter atq; mãdauit. Volentes, & auctoritate nostræ dictæ curiæ decernẽtes, quod præsenti nr̃o transumpto seu publico instrumento de cætero & inantea tam in Ro. curia quã extra eam (etiam vbiq; locorum) in iudicio, & extra stetur, & illi credatur, & adhibeatur talis & tanta fides, qualis & quanta dicto sumpto inferius inserto cũ presenti nostro transumpto auscultato & collationato daretur & adhiberetur si in mediũ exhiberetur vel ostenderetur. Tenor vero sumpti huiusmodi (vnde supra fit mentio) sequitur & est talis.

Bulla Hosp. S. Spir. a Cle. Põt. Max. cõcessa.

CLEMENS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.



Ingularem dilectionis affectũ, quem Innocentius. III. Hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe ordinis sancti Augustini primus fundator, & Sixtus. IIII. Illius restaurator ac nonnulli alii Romani pontifices predecessores nostri ad ipsum Hospitale spetiali quadam prerogatiua semper gesserunt (prout nos gerimus) intra nostrę mentis archana reuoluentes, & attente prospicientes, quod Hospitale ipsum in nutricibus, quæ aliquando mille numero existebant, & quarum quelibet anno singulo duodecim ducatos pro eius mercede exposcit pro lactandis utriusq; sexus infãtibus undiq; etiam per aliquorum ex eis parentes legitimos & naturales ob eorum inopiam inibi expositis ac in eorum vestimentis, calciamentis, alimentis & educatione, & in masculorum ex eis disciplinis scientiis, ac doctrinis & bonis moribus (ex quibus viuendi modũ habeãt) artibus, & eruditione. feminarũ vero in exercitiis muliebribus & honestis moribus instructiõe, ac dotibus & matrimoniis necnon in lãguentibus, plagatis & vulneratis, infirmis curandis, & alendis, necnon magistris, & matronis, ac medicis, & chirurgis, & medicinis, ac apothecariis, & ministris, ac psonis ad hęc requisitis. necnõ cantoribus, ac presbyteris, & clericis, pro missis & aliis diuinis officiis in ipsius Hospi-

Opera charitatis quæ in hospitali fiunt.

De sumptib⁹ infantiũ, virginũ, & infirmoꝝ.

talis

talis ecclesia quottidie celebrandis,& aliis piis operibus,octuaginta & plurium milli
um ducatorum auri annis singulis exponere consueuerat in maximam reipublicæ
Christianæ(cui plures inde eruditi viri seruiebant)vtilitatem, nunc autem eo q in
dictæ Vrbis direptione Hospitale ipsu Calicibus,Crucibus,Vasis aureis & argēteis, Ex direptione vrbis hosp. expoliatum fuit.
Gemmis,Lapidibus preciosis,Clenodiis, Paramentis, Ornamentis, Lectis, & Bonis
omnibus spoliatum extitit, illiusq reddītus pro maiori parte,& Elemosinæ illi pro
tanto pondere supportando erogari solitæ.Cum ex eadem direptione erogantes ipsi Cle.vii. spiritualib' larg. instaurauit.
pauperes sint effecti,in totum defecerunt,vnde huiusmodi pia opera exercere possint
non habent,dignum(quin potius debitum)reputamus,ut propter magnas necessitates
quas patimur, temporalibus prout nostri esset desiderii, subuenire posse non uidē
res,saltem illi spiritualibus largitionibus succurramus,& christi fideles eo libentius Assecutio gratiarum p plures Ro.Pōt. Hosp. S.Spir. cōcess.
ad huiusmodi pia opera instauranda in eo manus porrigant adiutrices, quo ex hoc
dono celestis gratiæ uberius cōspexerint se refectos. Dudum siquidem prefatus In
nocentius predecessor,omnibus & singulis Hospitale ipsum uel aliquod eius mēbrū
uisitantibus,in festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, & singulis diebus usq Innoc.iii.
ad eius octauam,Duorum millium annorum & octingentarum quadragenarum, in
singulis uero Apostolorum festiuitatibus,similiter duorum millium annorum,in sin Alex.iiii.
gulis autem diebus totius unius anni.lx.dierum.& Alexander.iiii. in dominica post
festum Sancti Antonii Abbatis immediate sequenti, & singulis diebus usq ad eius Celest.v.
octauam,Quattuor Millium annorum,& octingentarum quadragenarum, nec non
septimæ partis omnium peccatorum,& in dominica qua cantatur pro introitu missę. Clem.v.
Omnis terra. Nec non in singulis primis diebus dominicis mensium totius anni,triū
millium annorum,& totidem quadragenarum,ac tertiæ partis omnium peccatorum. Bon.viii.
Nec non in festo Corporis christi, & singulis diebus usq ad eius octauam, Duorum
Millium annorum,& septimæ partis omnium peccatorum. & Celestinus. v. in festo Clem.vi.
Epiphaniæ,& singulis diebus usq ad eius octauam,Centum Millium annorum,& in
festo Natiuitatis gloriosę uirginis Mariæ,& singulis diebus usq ad eius octauam, Innoc.vi.
Triginta millium annorum.& Clemens.v.in festo resurrectionis domini nostri Iesu
christi,& singulis diebus usq ad eius octauam,Duorum millium annorum, & octin Ben.xii.
gentarum quadragenarum.ac Bonifacius. viii. in festo Ascensionis Domini nostri
Iesu christi,& singulis diebus usq ad eius octauam, Duorum millium annorum, & Hon.iii.
octingentarum quadragenarum.& Clemens.vi.in festo Penthecostes,& singulis die
bus usq ad eius octauam,Octo millium annorum,& totidem quadragenarū, ac ple Bon.viii.
nariam remissionem omnium peccatorum.ac Innocentius. vi. in festo Assumptionis
beatę Marię uirginis,& singulis diebus usq ad eius octauam, Duorum millium an
norum, & totidem Quadragenarum. Ac Benedictus. xii. in celebritate omnium
Sanctorum,& singulis diebus usq ad festum sancti Leonardi, trium millium anno
rum,& totidem Quadragenarum.& Honorius.iii.omnibus,& singulis, qui fratribus
dicti Hospitalis de bonis sibi a deo collatis subuenirent. Septimę partis,& in mortis
articulo largientibus seu transmittentibus de bonis suis eidem Hospitali plenariam
remissionē omnium peccatorum suoꝝ.ac dictus Bonifacius.viii.benefactoribus dicti Plen. Re. oīum peccatoꝝ ele. largientibus.
Hospitalis trium annorum,& totidem quadragenarum in certis festiuitatibus tunc
expressis,& singulis diebus usq ad illarum octauas, & singulis diebus Quadrage
sime ac singulis diebus Veneris totius anni,vnius anni,& quadraginta dierū,largien
tibus uero seu transmittentibus de bonis suis eidē Hospitali pro substentatione pau

Vrbanus.v. cõfratribus hospi. plē. & peccatorũ re. in mortis articulo.

perum plenariam a pena & culpa in mortis articulo. & Vrbanus. v. omnibus confratribus dicti Hospitalis in ipsius confratrie libro descriptis soluendo eidē confratrię in eorum introitu Triginta denarios Turoneñ argenti, & quolibet anno Vnum similem denarium, plenariam a culpa in mortis articulo indulgentiam & remissionem & quod magister, Comendatores, & fratres dicti Hospitalis possent limitare dictam quantitatem pro illa soluere nequentibus. ac Honorius. iii. prædictus, dilectis filiis Magistro, & fratribus dicti hospitalis, ut de usuris, rapinis, incendiis, preter ecclesiarum incendia, damnis datis, & aliis rebus male acquisitis, si hii (quibus eorum restitutio fieri deberet) inueniri seu sciri non possent, necnon de hiis quæ indistincte ad pios usus in ultimis uoluntatibus relinquebantur. & etiam de redēptionibus uotorũ (Hierosolimitañ duntaxat excepto) ac de iuramētis temere attemptatis, & officiorũ diuinorum omissionibus, ac nonnullis aliis casibus componere, & in usus pauperum dicti hospitalis conuertere possint. Mandans uniuersis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum prelatis, ac personis ecclesiasticis, ut fratres, & Nuncios dicti hospitalis ad præmissa admitterent. & Bonifacius predictus personis ecclesiasticis tam uiris, quam mulieribus, quæ circa diuina officia aliquid omisissent, & de bonis suis eidē hospitali donarent, remissionem defectuum. & quod in aduentu Magistri & fratrum ad loca interdicta ecclesiæ aperirentur. & ianuis apertis in illis diuina officia celebrarentur. & corpora tunc decedentiũ ecclesiasticæ sepulturæ tradderētur. ac descripti in dicto libro confratrie tempore interdicti decedētes sepulturæ ecclesiasticæ similiter tradderentur. & Vrbanus. v. predictus benefactoribus dicti hospitalis, ut confessorem idoneum, qui eos (semel in uita) in omnibus casibus (etiam sedi apostolicæ reseruatis) posset absoluere, eligere possent. & Eugenius. iiii. omnibus, & singulis, tam ecclesiasticis quam secularibus utriusq; sexus Christifidelibus, qui in confraternitate huiusmodi recepti, & in illius libro descripti forent, ac tres florenos auri de Camera in principio receptionis eorum. & successiue annis singulis decimam partem unius similis floreni Camerario dicti Hospitalis presoluerent, ut quilibet sacerdos idoneus per eorum quemlibet post solutionem Trium florenorum huiusmodi eligēdus, ei in mortis articulo plenariam remissionem concedere, ac eum semel in uita in omnibus etiam in eidem sedi apostolicæ reseruatis casibus absoluere posset. & Martinus. v. ut nullus loci ordinarius, aut officialis, seu Tabellio, aut scriba, uel alterius quicũq; pro licentia adhibenda seu præstanda, & super ea litteris testimonialibus conficiendis, sigillandis, & concedendis a fratribus, nuntiis, & personis prædictis pro littera, & licētia qualibet Annis singulis ultra unũ florenum auri de Camera aliquatenus exigere, petere, seu recipere posset, & super decimis, fructibus, & aliis occasione terrarũ, agrorum, & uinearum ad ipsum hospitale spectantibus nuntios, fratres, & personas hospitalis prædicti illiusq; loca & membra nemo grauaret. quod si faceret, excommunicationis sententiam incurreret eo ipso. quodq; Preceptor pro tēpore dicti hospitalis, fratres cuiusuis ordinis seu religiōis (ordine Cartusiñ dũtaxat excepto) in fratres dicti hospitalis recipere. & de quocunq; ordine (quem antea professi essent) ad Hospitale, & ordinem sancti Augustini huiusmodi transferre, & ipsi sic translati in hospitali, & ordine sancti Augustini huiusmodi (quoad uiuerent) remanere, nullius licentia desuper requisita libere & licite ualerent. & Iohannes. xxii. similem facultatē cōponendi. & Nicolaus. v. cuilibet christifideli, qui eidem hospitali unum ducatum auri, uel eius equiualentiam, aut secundum eius facultates (prout preceptori pro tēpore Hospitalis

Honorius. iii. cōpositio de usuris, rapinis, & rebus male acquisi. & redēptio uotorũ omniũ hierosolimitañ excepto.

Bonifacius. viii. De remissiōe de fectuũ circa diuina officia, & de cōcessione sepulturæ tpe interdicti.

Vrbanus. v. Electio cōfessoris qui possit absoluere de oībus casibus.

Martinus. v. De facultate permutandi habitũ cuiusuis ordinis Carth. excepto.

Nicolaus. v. Indulg plē. & liberatio animarũ in purgatorio existen.

huiusmodi

huiusmodi uideretur) daret, ut in articulo mortis plenariã omnium peccatorum suorum (de quibus corde contritus et ore confessus foret) indulgentiam et remissionem consequeretur, et cuicunq; animæ (quæ unita christo in charitate ab hac luce migrauit (in purgatorio existenti pro qua anima per ipsum Preceptorem pro tempore taxanda eidem hospitali erogaretur, ut eandem indulgentiam, per modum suffragii, consequeretur, cõcesserunt. ac idem Nicolaus omnibus Archiepiscopis, et Episcopis in uirtute sanctæ obedientiæ, et sub excommunicationis pena iniunxit, ut dũ fratres dicti hospitalis ad eorum loca pro elemosinis colligendis accederent, illos benigne recipere, et elemosinas huiusmodi querere permitterẽt, exuntq; hospitalia et mẽbra dicti hospitalis ab omni iurisdictione quorumcunq; ordinariorum, et illa sub sua, ac beati Petri protectione suscipit, ita ut nullus, fratres dicti hospitalis excommunicare, aut loca, et membra ipsius hospitalis ecclesiastico interdicto supponere possit. Decernens exnunc irritum, et inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate sciẽter uel ignoranter contingeret attemptari. ac dictus Eugenius quandam confraternitatem proborum uirorum a prædecessoribus suis eatenus institutam (tunc tamen intermissam) sperans eam multimodis eidem hospitali fructum afferre cum omnibus ei cõcessis priuilegiis, fauoribus, et indulgẽtiis innouauit. et Sixtus. iiii. quascunq; literas eidem hospitali illiusq; ecclesiis & membris per quoscunq; Romanos Pontifices sub quibusuis uerborum formis concessas, ac omnia & singula in eis contenta confirmauit, & approbauit, ac perpetuo uiribus subsistere decreuit. necnon ad honorem, ac decus totius curiæ celestis unam nouam sanctamq; Confraternitatem in dicto hospitali pro illius, ac bonorum, & iurium eiusdem conseruatione, defensione, & protectione perpetua, de fratrum suorum sanctæ Romanæ Ecclesię cardinalium consilio, & unanimi consensu, erexit & perpetuo ordinauit, illaq; ipse & singuli Cardinales prædicti in ea esse uoluerunt, & se manibus propriis in quodam libro eiusdem sanctæ confraternitatis subscripserunt, ipseq; Sixtus predecessor, motu proprio & ex certa scientia quod singulorum utriusq; sexus fidelium (honeste tamen conuersationis, & famæ) ipsam Confraternitatem tunc et pro tempore intrare uolentium in urbe presentium pro tempore dumtaxat nomina, cognomina, et qualitates in libro et Hospitali prædicto, et non alibi describerentur, et pro illorum ingressu ac descriptione, ad solutionẽ alicuius quantitatis pecuniæ, uel aliarum rerum, nisi quantum sua sponte elargiri uolẽt aut cuiusq; deuotio dictaret minime tenerentur, et Imperator, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites et Barones, Dominiq; terrarum et illorum uiuentium ac defunctorum uxores, necnon Patriarchę, Archiepiscopi, Episcopi, monasteriorum Abbates, militiarum ecclesiarum Magistri, et maiores post Pontificales in Metropolitanã uel aliis Cathedralibus, ac principales in collegiatis ecclesiis dignitates, necnon Conuentuales Prioratus, præposituras Præpositatus, et generales preceptorias obtinentes, etiam ab eadem Vrbe absentes (si per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum quod in publicam formam exhibere, et Præceptori dicti hospitalis dimittere teneretur, id peterent in confratres dictæ confraternitatis recipi, & illorũ nomina, & cognomina, & qualitates in dicto libro describi, & annotari possent, ac si præsentes in dicta Vrbe forent, quodq; quilibet ex Confratribus in dicto libro pro tempore descriptis, secularem, uel regularem presbyterum in suum posset eligere cõfessorem, qui eius confessione diligẽter audita, ei semel (uita comite) ab omnibus & singulis criminibus, & peccatis, necnon excommunicationis, & quibusuis aliis sen-

Exemptio cõfratrũ ab oĩ iurisdictione.

Sixtus. iiii. Hosp. restaurator sanctã cõfraternitatẽ ibi erexit.

De ingressu illi⁹.

Priuilegia cõfratrum.

Cõfessionale cõfratrum.

tentiis, censuris ecclesiasticis (etiam occasione simoniæ super ordinationibus, uel beneficiis assequendis, ubicunq; contractæ) & aliis casibus specialiter, uel gñaliter Ro. Pontifici, ac dictæ sedi apostolicæ quouis modo reseruatis, & propter quę ipsa sedes esset merito cõsulenda, preterq̃ heresis, rebellionis, aut cõspirationis in personam, uel statum Romani Pontificis, seu sedis apostolicæ, huiusmodi, & offensę personalis in sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalem, Patriarcham, Archiepiscopum & Episcopum, ac presbytericidii, & et in mortis articulo, plenariã omniũ peccatorũ suorum (etiam exceptorum) hmõi remissionẽ impẽdere posset, ita quod si tunc nõ decederet quoties in tali articulo constitutus foret, illam reiterare idem uel alius confessor sic electus posset, in aliis uero casibus toties quoties opportunum foret (confessione audita) cũ absoluere, & ei penitentiam salutarem iniungere, & idem cõfessor sic electus (in urbe duntaxat) cum eisdem confratribus eum in confessorem eligentibus cuiuscunq; dignitatis status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ forent clericali militiæ ascriptis etiam religiosis quęcũq; beneficia ecclesiastica etiam obtinentibus, qui prę missis sententiis ligati missas & alia diuina officia celebrando aut se illis alias immiscendo uel alias quomodolibet irregularitatem contraxissent (bigamia & homicidio uolũtario dũtaxat exceptis) ut ad oẽs superiores etiã sacros ordines ꝓmoueri, & in illis, ac p eos susceptis ordinibus hmõi etiã in altaris ministerio ministrare, ac dignitates & bñficia ecclsiea quęcũq; recipere, & retinere. Necnõ monasteriis, & ecclesiis cathedralibus et Metropol. ac Patriarchalibus, ꝑfici, & pręesse, libere & licite possent dispensare, ac eis de illis quę tũc detinerẽt dignitatibus, & bñficiis hmõi ꝓuidere, & eos q̃bus minus canonice preessent ecclesiis, & monasteriis hũmi pręficere (in foro cõsciẽtię dũtaxat) apostolica auctoritate ualeret. Quodq; si corpora singulorũ cõfratrũ prędictorũ tam ecclesiasticorũ, q̃ laycorum utriusq; sexus in dicto libro descriptorum, quoa tempore ecclesiastici interdicti quouis modo etiam a dicta sede apostolica impositi decedere contingeret (dũmodo causam non dedissent interdicto) ecclesiasticæ sepulturæ traddi deberent, absq; tamẽ funerali pompa, sicut fieri solet de corporibus clericorum interdictum ecclesiasticum seruantium. Decedentes autẽ pro tempore in hospitali prædicto. & eiusdem hospitalis, ac pauperum, & expositorum eorundẽ obsequiis pro tempore insistentes utriusq; sexus quãdiu perseuerarent in obsequiis hmõi duntaxat eisdem, quibus confratres in libro hospitalis hmõi descripti priuilegiis, facultatibus, & gratiis gauderent, statuit & ordinauit. Nec non omnibus, & singulis utriusq; sexus aliis Christi fidelibus, qui ad hospitale prædictum pro illius oneribus supportandis de bonis eorum (pro ut deuotio eorũ dictaret) fideliter transmitterent, uel in suis testamẽtis, aut ultimis uoluntatibus ad hoc legarent, q̃ in mortis articulo constituti confessorem idoneum eligere possent, qui eorum confessionibus diligẽter auditis eis omniũ peccatorũ suorũ plenariã remissionem elargiri posset, concessit. Ac Præceptori pro tpe dicti Hospitalis ut q̃ elemosinæ & mittẽtium nomina, ac legata, in libro ad id deputato describerentur, prouideret sub excõmunicationis pena eo ipo (si id malitiose facere negligerent) incurrenda. Notariis uero qui rogati forent de testamentis, uel aliis ultimis uoluntatibus, in quibus aliquid disponi contingeret in fauorem, & commodum dicti Hospitalis, ut sub excommunicationis pena dispositionem hmõi quantotius commode possent Præceptori dicti Hospitalis, uel alteri, per quẽ id posset ad ipsius Præceptoris notitiam peruenire, intimare curarent. Ipsi quoq; Notarii, & Confessores eorundem decedentium in suorum remissionem peccatorum

Semel in vita re. oium peccatorũ.

Dispẽsatio ab oĩ irregularitate.

Priuilegia cõfratrũ tpe interdicti.

Trãsmittentibus bona hospi. ind. pleu.

De Notar. qñ aliquid disponitur in test. in fa. hos.

eisdem

eiſdem teſtantibus & confitentibus cōmemorare nō omitterent, ut ad tam pia opera, quæ in dicto Hoſpitali exercentur, manus porrigerent adiutrices præcepit. Et quoſ cunq; Chriſti fideles, ac preſertim Confratres Confraternitatis hmōi pro tēpore exi ſtentes ad id per uiſcera miſericordiæ Dñi noſtri Ieſu Chriſti hortatus eſt. Et ꝙ oēs utriuſq; ſexus in Vrbe cōmorantes, qui legitima cauſa etatis, ualetudinis, uel ſimili bus impediti, ipſius Vrbis ſtationes, aut quaſcunq; Indulgentias cōmode uiſitare, ſeu Pontificalibus Benedictionibus intereſſe pro tempore non poſſent, illam Elemoſinā eidem Hoſpitali conferendo, quam in dictis Stationibus (ſi eas perſonaliter uiſitaſ ſent) ex propria pietate contuliſſent, omnes Indulgentias Stationum, & Pontificaliū Benedictionum tam plenarias q̄ ad certum annorum numerū conſequerentur in for ma eccleſiæ conſueta. Et ꝙ Confratres præſentes in Curia hmōi in craſtinum ſolem nitatis Penthecoſtes annis ſingulis proceſſionem cum certis Sanctoꝝ reliquiis tunc expreſſis facerent, & cuilibet ex eis tunc abſolutionis beneficium etiam in caſibus re ſeruatis impendi per confeſſorem eligendum poſſet. Et ipſa die in eccleſia dicti Ho ſpitalis unus Cardinalis miſſam ſolemniter celebraret. Et ꝙ certa ſolēnis forma tunc expreſſa in funeralibus cuiuſlibet ex Cōfratribus pręſentibus hmōi ſeruari. Et qua libet quinta feria imperpetuum, & ſi tunc feſtum ſolemne occurreret die præcedenti una miſſa de Sancto Spiritu cum collecta pro peccatis, & pro omnibus Cōfratribus tunc uiuentibus, ut Omnipotēs Deus illuminaret eorum mentes, & ſua miſericordia eis cuncta peccata indulgēdo aboleret. Secunda uero feria, & (ſi feſtum id impediret) tertia uel alia feria pro animabus omnium Confratrum defunctoꝝ celebraretur alia miſſa. Et in obitu cuiuſlibet Confratris una miſſa cum ſolemnitatibus tunc expreſſis celebrari deberet. Nec poſſet eſſe Præceptor dicti Hoſpitalis, niſi certo tūc expreſſo modo qualificatus, & in eo ſemper perſonaliter reſidens. Et præmiſſa ſub nullis gene ralibus, uel ſpecialibus ſuſpēſionibus per ſedem pędictam pro tempore factis nulla tenus comprehendi poſſent, ſed ſemper in ſuo robore permanerent. Necnon irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoq̄ quauis auctoritate ſcienter, uel ignoranter contin geret attemptari, decreuit inter alia per quaſdam ſuas. & Innocētius. viii. omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus, qui unum, uel unam ex infantibus expoſitis penes ſe recepe rint, & propriis expenſis aluerint, ſeu aliquam ex uirginibus, ſeu domicellis dicti ho ſpitalis receperint, & de ſuis, ac facultatibus nupſerint, ſeu maritauerint, aut eidem hoſpitali tantum erogauerint, quod ſufficiat ad alendum aliquem ex dictis expoſitis aut maritandum aliquam ex dictis uirginibus, necnon etiam pauperibus, & aliis chri ſtianis infirmis decedentibus in dicto hoſpitali, quod quilibet ex eis poſſit eligere confeſſorem, qui omnium peccatorum ſuorum (etiam in caſibus eidē ſedi apoſtolicæ reſeruatis de quibus cōfeſſi fuerint) ſemel in uita, & in mortis articulo eis impendere ualeat per quoſcunq; conceſſit, & indulſit. ac Iulius. ii. per alias ſuas, & Leo. x. Rom. Pontifices predeceſſores noſtri, per reliquas eius literas præmiſſa omnia, & ſingula approbarunt, confirmarunt, & innouarunt, ac perpetue firmitatis robur obtinere de creuerunt. dictuſq; Leo predeceſſor illa etiam in membris, eccleſiis, & locis ab eodem hoſpitali dependentibus, tam in dicta Vrbe quam extra eam conſiſtentibus obſeruari debere, necnon Confraternitatem cum omnibus & ſingulis conceſſionibus, indultis facultatibus, indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus illius Confratribus pro tpe exiſtentibus conceſſis pędictis ad omnia, & ſingula membra, eccleſias, & loca tam ab ipſo hoſpitali pro tempore dependentia, quam alia ad quem Preceptorem & Magi

Cōfra. impeditis eadē grā cōcedit q̄ intereſſeñ.

In feſto Pēth. re. oium pec.

Celebra. miſſar: p Cōfra. tā viuis q̄ defunctis:

De vigore prędi ctorū.

Innoc. viii.

Maritantibus do micellas Indul. plen.

Iul. ii. & Leon. x. approbatio.

ſtrum generalem eiuſdem hoſpitalis pro tempore exiſtenté, aut eius nuntios pro tpe declinare contingeret, in quibus ſimiles Confraternitates cum eiſdem Cōceſſionibus Indulgentiis, Facultatibus, Priuilegiis, Indultis & peccatorum Remiſſionibus, per Præceptorem pro tempore exiſteñ. inſtitui poſſet, & quaſcunq; inſtitutiones, ordinationes dictarum Confraternitatum abſq; generalis pro tempore huiuſmodi expreſſo conſenſu in Membris, Eccleſiis, & locis huiuſmodi pro tempore factas, nullius eſſent roboris uel momenti. Ac omnia & ſingula Hoſpitalia, Oratoria, Eccleſias, Capellas, Altaria, & Loca dicti ordinis in quibuſcunq; partibus exiſtentia ſub inuocatione. S. Spiritus intitulata, etiam ſi nō eſſent poſſeſſa uel recepta per præceptorem aut fratres hmōi, nihilominus præceptori pro tempore & Magiſtro generali huiuſmodi ſubiecta & tanq̄ membra dicti hoſpitalis & ab eo dependentia, ad inſtar aliorum annuatim reſpectiue contribuentium contributorias & contributoria eſſe, ac per ipſum Præceptorem & generalem Magiſtrum uiſitari, & reformari, illarumq; Rectores, & Gubernatores (ſi de iure amouendi forent) amoueri, & alias perſonas idoneas loco eorum deputari poſſe decreuit, & extendit, ac ampliauit. Idēq; Leo prædeceſſor per alias in forma Breuis literas, quod durante quacunq; ſuſpenſione temporali Indulgentiarum, & Gratiarum etiā Cruciatæ contra perfidos infideles cuicunq; Regi, aut Principi Chriſtiano eatenus conceſſæ, uel impoſterum concedendæ per ipſum facta, uel in futurum quouis modo facienda. Indulgentiæ etiam plenariæ, ac omnes Facultates, & Gratiæ, eidem Hoſpitali, illiuſq; Præceptori, Fratribus, & Membris per eum ac dictos prædeceſſores eatenus conceſſæ, non intelligerentur ſuſpenſæ. Sed in ſuo priſtino, ac uero ualore, & firmitate, exiſterent, & permanerent. Quodq; Præceptor & Magiſter pro tempore dicti hoſpitalis, ac de eius licentia illius Nuntii, Commiſſarii, Procuratores & Priores membroꝝ dicti Hoſpitalis ſingulis annis durante ſuſpenſione huiuſmodi in feſto Penthecoſtes uſq; ad eius Octauam incluſiue Indulgentias plenarias, & generales peccatorum omniū Remiſſiones ubiq;. Priores uero prædicti in domibus, & hoſpitalibus ſuis a dicto hoſpitali dependentibus dumtaxat. Solemniter etiam cū Proceſſione appoſitione truncorum Crucis in medio Eccleſiarum publicare quibuſcūq; Chriſtifidelibus porrigentibus manus adiutrices pro ſubſtentatione dicti Hoſpitalis uel eius membrorum, cum omnibus Priuilegiis, Indultis, Participationibus, peccatorum Remiſſionibus, & Gratiis, iuxta eius, ac dictorum prædeceſſorum literas impartiri. Pœnitentiarios quoq; cum Virgis (ut moris eſt) deſuper deputare, & alia facere quæ circa huiuſmodi Facultatum, et Indulgentiarum, ac peccatorum Remiſſionum, executionem, et conceſſionem quomodolibet neceſſaria et opportuna forēt. Quodq; antiquas, et nouas ſanctas Confrarrias. S. Spiritus omni tempore, et in quibuſcunq; locis publicare et prædicari facere, ac inſtituere, ordinare, et erigere, et quoſcūq; Chriſtifideles in Confrarres recipere, illiſq; confeſſionalia iuxta literarum prædictaꝝ tenorem concedere. Et cum eiſdem Confratribus tantum ut cōmoditatibus, ac oībus et ſingulis Facultatibus, Priuilegiis, Immunitatibus, Gratiis, plenariis Indulgentiis, ac peccatorum Remiſſionibus prædictis quocūq; tempore, et in quibuſcūq; locis libere uti. Etiam in illis partibus et locis, in quibus Indulgentiæ pro Fabrica Baſilicæ Principis Apoſtoloꝝ de Vrbe publicatæ extiterint. Necnon, q; Priores, et Præceptores quorumcunq; Hoſpitalium, et domorum a dicto Hoſpitali in Saxia depēdentiū, et illud in caput ſuum recognoſcentiū, ſi in ſacerdotio conſtituti per ſe uel alium ſeu alios probos, et ſi uero non Sacerdotes forent per alios probos, idoneos, et honeſtos

Facultas inſtitue. di vbiq; locorū confrat. cū eiſdē Indulg.

De ptāte Magiſtri hoſ. S. Spir.

Priuilegia hoſp. ſemp in ſuo vero valore exiſtunt.

Penitētiarii cum virgis deputanť.

Ind. Baſ. S. Petri nō obſtāt Indul. hoſp.

uiros seculares, & cuiusuis ordinis, regulares sacerdotes in suis Hospitalibus, ac domibus prædictis tantum confessiones quorumcunq; audire, & cum huiusmodi confitentibus quibuscunq; Facultatibus, & Indulgentiis, ac peccatorum Remissionibus uti, ac easdem illis de licētia Præceptoris pro tempore huiusmodi in festo Penthecostes, & per eius Octauam (inclusiue dūtaxat) impartiri plene ac libere possent. Aliis uero temporibus essent sicut alii Sacerdotes, nullam a sede prædicta facultatem habētes, possent tamen Quæstas solitas & consuetas extra publicationem Indulgentiarū, ac traditionem Confessionalium omni tempore in terminis suis de licētia Præceptoris pro tempore huiusmodi facere, Quodq; Præceptor, ac eius Nuntii, & Cōmissarii prædicti (etiam in quibus fratres ordinis minorum de obseruantia, uel Commissarii apostolici pro dicta Fabrica pro tempore deputati forent) quascunq; facultates, & indulgentias, solēniter ubiq; cum appositione Truncorum, & Crucis in ecclesiis prædicare, & Facultatibus, Gratiis, Priuilegiis, Cōcessionibus, Dispēsationibus, plenariis & peccatorum Remissionibus, & quibuscunq; eidem Hospitali concessis uti, illasq; & cum Penitentiariis ab eis deputandis exercere, & quibuscunq; indistincte impartiri, & concedere libere possent, & ualerent. Ac similiter de Indulgētiis, & Facultatibus Hospitali, & membris prædictis pro tēpore concessis suspensio, seu derogatio ex quibusuis causis facta fuisset, inter alia decreuit, prout in prædecessoris literis huiusmodi dicitur plenius contineri. Cum autē, sicut exibita nobis nuper pro parte uenerabilis fratris nostri Leonardi Episcopi Vestien. dicti Hospitalis Præceptoris petitio continebat, quod in calamitosa dictę Vrbis euersione literę originales prędecessorum hmōi, uel earum maior pars deperditę fuerunt pro dicti hospitalis indemnitate, desiderat literas ipsius innouari, & approbari. Quare pro parte sua nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur.

NOS IGITVR prædictarum, & quarumcunq; aliarum literarum in fauorē dicti hospitalis quomodolibet concernentium, & quorumcunq; in eis contētorum tenores præsentibus ac si de uerbo ad uerbum insertis forent habētes, huiusmodi supplicationibus inclinati ex certa nostra scientia auctoritate apostolica tenore præsentium pręmissa omnia, & singula (quo ad illa uidelicet quæ ante tempora dicti Sixti prædecessoris emanarunt) quatenus sint in usu quo ad reliqua uero, similiter confirmamus, approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari, & singulis quos literæ prædictæ quomodolibet concernūt suffragari debere, & ex Terris, Agris, et Vineis, ac bonis hospitalium prædictorum quæ nunc et pro tēpe habuerint, illarumq; fructibus etiam si per colonos seu cōductores collatice decimas aliquas nullatenus solui debere, nec ad hospitalium eorundem Præceptoribus a colonis inquilinis seu conductoribus huiusmodi ex fructibus, redditibus, et prouentibus quos ex Terris, Agris, et uineis, ac bonis huiusmodi perceperint et collegerint modo aliquo directe uel indirecte quouis quesito colore extorqueri, exigi, aut peti posse. Quodq; quilibet ex confratribus utriusq; sexus confraternitatum in dicta Vrbe, & extra eam iuxta literas prędictas nunc & pro tempore institutarum, & pro tempore & nunc existentibus. Altare portatile cum debitis reuerentia, & honore, super quo in locis ad hoc congruentibus, & honestis, sine iuris alieni præiudicio (etiam anteq; illucescat dies circa tamen diurnam lucem) quoties qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exigerit, missas, & alia diuina officia etiam in locis ecclesiastico interdicto ordinaria auctoritate suppositis, in illis tamen ianuis clausis, excommunicatis, &

Quilibet Sacerdos in festo Penthec. & p eiᵘ oct. pōt absoluere cōfra. in oībus casibus.

Clem. vii. clemētiss. fuit circa hospitale. s. Spir.

Altare port cōceditur Confrat. & in eo missarū celebratio etiā ante diem.

interdictis prorsus exclusis, non pulsatis campanis, & submissa uoce in sua, & familia
rium domesticorum suorum utriusq; sexus præsentia (dummodo illę, uel illi, causam
non dederint interdicto, nec id illi, uel illis contingat specialiter interdici) celebrare
seu celebrari facere, libere & licite possint habere. Necnon singulis Quadragesima-
libus, & aliis totius anni temporibus, ac diebus in quibus stationes, & indulgẽtiæ in
Basilicis, & ecclesiis dictæ Vrbis, & extra muros, celebrari solent, unam uel duas ec-
clesias, aut unum, uel duo, aut tria altaria unius, uel diuersarum ecclesiarum loci in quo
eum pro tempore esse contigerit per eum eligendas, aut eligenda, uisitando, omnes &
singulas indulgentias, ac peccatorum remissiones, quas consequerẽtur, si eisdem tem-
poribus, ac diebus basilicas, & ecclesias Vrbis, & extra muros huiusmodi uisitassent,
& alia ad id requisita fecissent consequi, quodq; quadragesimalibus, & aliis tempori
bus, ac diebus, quibus de iure aut consuetudine uel alias, casei, carniũ, ouorum, & aliorum
lacticiniorum ęsus prohibetur, Butiro, Caseo, Lacte, & aliis lacticiniis, ad eius libitum
ac de consensu utriusq; medici, etiam carnibus absq; cõscientię scrupulo uti, & uesci,
& uxores dictorum Confratrum (etiam si uiduę remanserint) etiam una cum una seu
duabus honestis mulieribus quecunq; Monasteria monialium cuiusuis ordinis (etiã
S. Claræ) quater quolibet anno ingredi, & cum eisdem monialibus loqui, & conuer-
sari, ac refectionem corporalem sumere (dummodo inibi non pernoctent) libere & li
cite ualeant. Necnon quod Præceptores, Fratres, Confratres, ac omnes & singulæ perso
næ prędictæ (qui in gratia, & charitate, ac unitate Romanæ Ecclesiæ extiterint) om
nium, & singulorum Bonorum spiritualium, & piorum operum (quæ per Christifide-
les in omnibus religionibus, ac in uniuersali militanti Ecclesia sunt, & erunt pro tpe
facta) participes, ac potiori pro cautela, omnia, & singula in literis prædecessorum
hmõi contenta de nouo concedimus, præsentesq; literas & in eis contenta quæcunq;
sub nullis reuocationibus, suspensionibus, ac derogationibus, quomodolibet pro tpe
factis aliquatenus comprehendi, sed semper ab illis excepta. & quoties opus fuerit,
toties eo ipso in pristinum statum restituta esse, ac de nouo concessa censeri. Necnõ
earundẽ præsentium literarum transumptas manu alicuius Notarii publici subscri-
ptas, & sigillo alicuius Curiæ seu personę in dignitate ecclesiastica constitutæ mu-
nitas eandem prorsus in iudicio, & extra ubiq; fidẽ adhiberi debere, quę adhiberetur
& adhiberi posset eisdem originalibus literis, si forent exhibitæ uel ostensæ. sicq; per
quoscunq; tam ordinaria q̃ delegata, & mixta auctoritate fungentes Iudices, & per-
sonas ubiq; iudicari, cognosci, atq; decidi debere, sublata eis, & eorũ cuilibet quauis
aliter iudicandi, cognoscendi, ac decidendi facultate, necnon irritum, & inane quic-
quid secus super hiis a quoq̃ quauis auctoritate scienter, uel ignorãter cõtigerit attẽ
ptari decernimus. Et nihilominus uniuersis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis,
Abbatibus, ac personis in dignitate ecclesiastica cõstitutis, eorumq; Officialibus, &
Vicariis, in spiritualibus generalibus, necnõ Canonicis quarũcunq; metropolitan.
uel aliarum Cathedralium ecclesiarum ubilibet existentibus per Apostolica scripta
mandamus, quatenus eorum quilibet auctoritate nostra (ubi quando, & quoties ex-
pediuerit, ac desuper fuerit requisitus) præsentes literas, & in eis contenta quæcunq;
solemniter publicare, illisq; omnes, & singulos (quos quomodolibet cõcernunt) paci-
fice frui, & gaudere procuret, & faciat, nec permittat quemq̃ contra tenorem præsen-
tium, modo aliquo molestari, impediri, aut inquietari, contradictores quoslibet, &
rebelles etiam per quascũq; (de quibus sibi placuerit) censuras, & penas ecclesiasticas

Cõfratres Hos. ubi eos esse cõtigerit Ind. Vrbis & extra cõsequũtur.

De æsu casei, butiri: & ouorum &c. tẽpibus phibitis.

Prãs hon. mulierib⁹ intrãdi quæcũq; monasteria.

De participatiõe oium bono. quæ fiũt in tota eccl'ia militanti.

appellatione postposita compescendo ipsasq; cēsuras, & penas et iteratis uicibus ag grauādo inuocato et ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis. Nō obstātibus Bonifatii. viii. predicti et de una, & in Cōcilio generali de duabus dietis edita, ac aliis Apostolicis, necnō Prouincialibus, & sinodalibus, cōstitutionibus (et iuramēto, cōfirmatione Apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis) priuilegiis quoq; indultis, & literis Apostolicis p prædictos, & quoscunq; alios Romanos Pōtifices predecessores nostros ac nos, & sedem prædictā et p uiā generalis legis, & perpetui statuti et cōsistorialiter ac motu proprio & ex certa Scietia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cū quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, exceptiuis, restitutiuis declaratiuis incertis attestatiuis, ac derogatoriaꝝ derogatoriis, aliisq; efficatioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, quomodolibet et pluries cōcessis cōfirmatis, & innouatis, quibus oībus ēēsi pro illoꝝ sufficiēter derogatione de illis eorūq; totis tenoribus spetialis specifica, expressa, & indiuidua, ac de uerbo ad uerbū, nō autē p clausulas generales idē importātes, mentio, seu quauis alia expressio habenda aut certa exquisita forma seruanda foret. & in eis caueatur expresse, q illis nullatenus derogari possit. illoꝝ oīum tenores præsentibus pro sufficiēter expressis, ac de uerbo ad uerbū insertis, necnō modos & formas ad id seruādos pro in indiuiduo seruatis hābētes hac uice dūtaxat illis alias in suo robore pmansuris, harū serie spetialiter & expresse derogamus, ceterisq; cōtrariis quibuscūq;. Volumus autē quod ipsi Cōfratres indulto celebrādi seu celebrare faciēdi ante die hmōi parce utātur quia cū in altaris ministerio immoletur Dñs noster Iesus Christus Dei filius qui candor est lucis eterne, cōuenit hoc nō in noctis tenebris fieri, sed in luce. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginā nostre cōfirmatiōis, approbationis, inuocationis, cōcessiōis, decreti, mādati, & derogatiōis infringere, uel ei ausu temerario cōtraire. Si quis a'tē hoc attēptare presumpserit, indignationē omnipotētis Dei, ac beatorū Petri & Pauli apostolorū eius se nouerit incursurū. Datū Romæ apud. S. Petrū. Anno Incarnationis dominice M. D. X Xviii. Quinto kal. Decēb. Pontificatus nostri Anno Sexto. Gratis de mādato Sanctissimi. D. N. Papæ.

R. Milanesius. R. de Auilla.

Sumptū ex registro bullaꝝ secretariæ apo. collationatū p me. A. Collatiū & cōcordat.

Quibus oībus & singulis tanq rite & legitime gestis & factis nostram iuditiariā pariter & ordinariā auctoritatē pariter & nrm ac dicte nræ curiæ decretū desuper interponedū duximus, pariter & interposuimus, prout interponimus presentiū per tenorē In quorū omniū & singulorū fidē & testimoniū premissorū præsentes literas siue præsēs publicū trāsumpti instrumētū exinde fieri & per nostrū & dictæ nostræ Curiæ notariū publicū infrascriptū subscribi & publicari mādauimus, sigilliq; dictæ Curiæ iussimus & fecimus appensione communiri. Datū Romæ in ædibus nostris sub Anno a Natiuitate Domini. Millesimo Quingentesimo Trigēsimo indictione tertia die uero Quinta Mēn. octobris Pōtificatus. San Christo patris, & D. N. D. Clementis diuina prouidētia Papæ Septimi Anno eius septimo presētibus ibidē discretis uiris domino Io. Iacobo Bucca & Anthonio de gratia dictæ nostræ Curiæ causarū cameræ. Apostolicæ notariis, & testibus fide dignis ad præmissa uocatis, habitis, specialiter atque rogatis.

Corroboratio & approbatio constitutionū hosp.

Indult. celebrādi ante diē Cōfratr. cōcedimr.

Decretū seu verū testimoniū præmissoꝝ.

Iudulum Alex. Põt. Max. hos. s. Spũ. cõcessum.

ALEXANDER EPISCO.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

VEnerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & aliis Ecclesiarũ prælatis, ad quos litteræ iste peruenerint, Salutẽ, & Apostolicã benedictionẽ. ¶ Cum igitur Magistri, Comẽdatores, & omnes alii fratres nostri hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de urbe fuerint nobis humiliter supplicati, quod possint recipere fratres alterius religionis propter carentiã fratrũ, qui minime uellet exercere opera caritatis & pietatis. Ideo in uirtute spũs sancti cõcedimus, de gratia speciali, quod possint recipere dictos fratres cuiusuis ordinis siue religionis fuerint, (excepto ordine Cartusiensiũ) & dicti fratres possint permutare habitũ suũ sine impedimento alicuius nostri inferioris. Et hanc pręsentem gratiã uolumus, & cõcedimus ad perpetuã rei memoriã ualiturã. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostræ constitutionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare pręsumpserit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorũ eius, se nouerit incursurũ. Datũ Auinione duodecimo kalend. Augusti. Pontificatus nostri Anno secundo.

Fratres cuiusuis ord. carth. excep. põt habitũ suum permutare.

Bulla Alex. hos. s. Spũ. cõcessa.

ALEXANDER EPISCO.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

DIlectis filiis, Magistro hospitalis sanctę Marię in Saxia de urbe, eiusq; fratribus tam presentibus, q̃ futuris regularem uitam professis. Imperpetuum inter opera pietatis (quæ secundum apostolum promissionem habent uitæ præsentis pariter & futurę) hospitalitates nobis spetialiter, et frequenter diuina scriptura cõmendat ut pote quæ omnia illa cõprehendit, propter quæ dominus in ultimo districtionis examine remuneraturum se bonos, & malos asserit puniturum. Hęc enim pascit esurientes, sitientes potat, colligit hospitales, nudos uestit et non solum infirmos uisitat, sed in se eorum infirmitates assumẽs infirmãtium curam agit, in carcere positos in infirmitate communicat, participat in sepultura defunctorum. Per hanc quidem Angelis recepti hospitio placuerunt deo Abraham, & Loth, per quos Abraham iam senex futurę sobolis promissionem accepit, & Loth fuit de incendio Sodomæ liberatus, duo quoq; Discipuli coegentes hospitio dominum, quem in expositione scripturę non nouerant, in panis fractione nouerunt. per hanc superflua, diuitiũq; congregata seruarentur si in necessitates pauperum erogantur. per hanc terrena in cęlestia, & transitoria in ęterna fęlici commertio commutantur, dum per manus thesaurizemus pauperum in celis, ubi nec erugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. & faciamus nobis de mammona iniquitatis amicos, qui (cum defecerimus) in eterna tabernacula nos admittant. Hæc igitur attẽdens, Hospitale nostrum (quod non solum pro nostra, sed prædecessorum nostrorum, ac successorum, & fratrum nostrorum Episcoporum, presbyterorum, atq; Diaconorum Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, tam uiuorum, quam mortuorum salute, apud sanctam Mariam in Saxia de urbe locum utiq;

Hospitalitas oĩa misericordię opa cõprehendit.

Abrahã, & Loth per hãc Deo placuerunt.

satis

satis idoneum ad hospitalitatis officium exercendum elemosinis ecclesię Romanę solemniter est constructum, in quo recipiuntur et reficiuntur pauperes infirmi, & exhibentur alia opera pietatis ad exemplar fe. recordationis Innoc. et Honorii, & Gregorii, prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio cōmunimus statuentes, ut regularis ordo(quę secundum deum & institutionē fratrum hospitalis Sancti Spiritus ibidem institutus esse dignoscitur) perpetuis ibidē temporibus inuiolabiter obseruetur. Præterea, quascunque possessiones, quæcunque bona, quæ idem hospitale in præsentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, uel Principū oblatione fideliū, seu aliis iustis modis(præstante domino) poterit adipisci, firma, & nobis, nostrisq; successoribus, & illibata permaneant in quibus hæc propriis duximus exprimenda uocabulis, locum ipsum in quo præfatum hospitale situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancti Coradi etiam cum omnibus pertinentiis suis Sancti Leonardi Pontisgratia dinati, Sancti Egidii de Rapello, Sanctę Crucis de Diano, Sancti Laurentii extra Dianum, Sanctæ Mariæ de Capodemese, ac Sancti Spiritus de Claromonte ecclesias, cum omnibus iuribus, & pertinentiis earundem, de Vurutelle et Steffelt, et del Gnuprimi ecclesias, cum omnibus pertinentiis earundem de Braut, de Vallecaia, de Porcariua, de Saulo, de Cesimo grangias cum omnibus pertinentiis earundem, Sancti Spiritus de Miliana, Sancti Spiritus de Milgenteria, Sancti Spiritus de Larido, Sancti Spiritus de Segolua, s. Spiritus de Qualtra, Sancti Spiritus de Bageriaco. s. Spiritus de Ponte bordane, et s. Spiritus de Monte ualenti, hospitalia, cum omnibus pertinentiis eorū de Diuione, de Dole, de Toruo doro et de Barro hospitalia, cum pertinentiis eorundem Ecclesiā, et hospitale de Nonoferro, et hospitale de Sommundia, de Meinnii, de Vienna, de Cracoma hospitalia, cum pertinentiis eorundem, grangiam et hospitale(quæ habetis in loco qui uocatur Fauento) cum omnibus pertinentiis eorundē. hospitale de Nouo castro de Lausana, cum Terris, Pratis, Vineis, Nemoribus, Vsuagiis, & pascuis, in Bosco, & Plano in Aquis, & Molendinis, in uiis, & Semitis, & omnibus aliis Libertatibus & immunitatibus suis. Hoc tantum adiecto, ut in eadem ecclesia quatuor semp (ad minus) sint clerici regulam eiusdem hospitalis professi qui pro uobis, prædecessoribus, ac successoribus, & fratribus nostris, uiuis pariter et defunctis specialiter obsecrantes, omnia spiritualia libenter administrent, & super his, nulli nisi Romani pontificis correctioni subiaceant ad quem(quoties expedierit) monitione premissa alma fiat a fratribus proclamatio propter deum, ut ipse cognita ueritate decernat, quod suo pendenti consilio duxerit prouidendum, ipsi autem uictu & nestitu contenti (quem eis secundum eandem regulam præcipimus exhiberi) diuinis uacent officiis, et intendant ecclesiasticis sacramētis ita quod de aliis hospitalis negotiis(præter cōcessionem Magistri) se nullatenus intromittant, sed omnia dispositioni tuæ(fili Magister) & successorum tuorum, uel eorum(qui per te, uel per eos ad hoc fuerint deputati) sine contradictione, aut murmuratione relinquent. ¶ Cæterum quoniam prædictus prædecessor noster Honorius unionē eiusdem hospitalis, & s. Spiritus in Mōte Pessulano uobis, & hospitali nostro, in spiritualibus & temporalibus perniciosam & damnosam cognouit, ipsam de consilio fratrum suorum dissoluit, statuens, ut nec istud illi, nec illud isti, in aliquo teneatur, nec uobis & aliquid illis sit com mune non obstante priuilegio dicti Innocentii, uel suo, si quod super unione ipsa apparuerit in-

Regularis ordo s. Spir. inuiolabiliter obseruari debet.

De ecclis cū ptinētiis suis hospitali annexis.

De obseruātia regula clericorū, in hos. pfess.

petratum. Verum postmodũ Rector, & fratres prædicti hospitalis de MõtePessulano per procuratorem ad hoc legitime constitutum ipsum hospitale suum cum omnibus domibus sibi subiectis, & subiciendis in posterum, ac uniuersis rebus, iuribus, & rationibus suis, authoritate bo. mem̃. Stephani tituli sanctæ Mariæ in Transtiberim presbiteri, & Ro. sanctæ Mariæ in Cosmedim diaconi Cardinalis (quos ad id præfatus deputauit Gregorius) domui uestræ sponte, ac uoluntarie submiserunt, ut idẽ hospitale, cum domibus suis uobis, & domui uestræ ita sit suppositũ, & subiectum sicut domibus hospitalis Hierosolimitanæ & militiæ templi sint subiecte ac suppositæ domus suæ, quam submissionem, & subiectionem adiaceñ. duximus authoritate Apostolica confirmandam. ℂ Cæterum cum ecclesia sanctæ Mariæ in Saxia, & hospitale constructum ibidem ad nos (nullo mediante) pertineat, eo saluo, quo clerici eiusdẽ ecclesiæ debent ex nostro mandato Basilicæ principis apostolorum in scrutinio, Babtismo et Lætania, ne disparis conditionis homo præferatur eidẽ, & seruus quod alii domino stet aut cadat proponatur hospitali prædicto, quod nostræ tantum est iurisditioni subiectum, personam tuam, (fili Magister) & successorum tuorũm prædecessores nostri præfati a potestate prælatorum quorumlibet eximere procurarunt. NOS uero (sicut persona tua exempta dignoscitur, sic fratres domus hospitalis ipsius) a quorumlibet prelatorum eximimus potestate. Ita ut nullus in eos interdicti, uel suspensionis, aut excommunicationis sententiam sine spetiali mandato sedis apostolicę audeat promulgare quam (si secus fuerit) decernimus non temere. ℂ Si uero fratrum uestrorũ (qui destinati fuerint ad elemosinas colligendum) in quamlibet ciuitatem, castellũ, uel uillam aduenerint (si forte locus ille a diuinis fuerit officiis interdictus) pro omnipotentis dei reuerentia in eorum aduentu iocundo (semel in anno) pulsatis campanis aperiantur ecclesiæ, & super elemosinis acquirendis, uerbum exhortationis ad populum in ecclesia proponatur. Decernimus insuper, ut receptores fraternitatum, siue collectarum uestrarum (saluo iure dominorum suorum) et beati Petri apostoli, & nostra protectione consistant pace in terris (in quibus fuerint) potiantur. ℂ Simili etiam modo statuimus, ut quicunque in uestra fuerit fraternitate receptus si forte decesserit in parrochiali ecclesia (cuius ip̃e parrochianus extiterit, ipsi sepultura ecc̃lica non negetur nisi excommunicatus uel nominatim fuerit interdictus. ℂ Decimas autem de Terris, & Vineis quas ad opus infirmorum, & pauperum propriis manibus, aut sumptibus colitis de terris habitis ante concilium generale, siue de nutrimentis animalium, seu de fructibus hortorum nestrorum nullus exigere, uel extorquere prę sumat. ℂ Liceat autem uobis in domibus uestris (quos in præsentiarum habetis, uel in futurum eritis habituri) ad opus uestrum, & familiæ uestræ. Necnon infirmorum, & pauperum, ibidem manutenentium oratorium, & cimiterium sine impedimẽto cuiuslibet contradictionis habere. ℂ Chrisma uero, Oleum sanctum, Consecrationes altarium, seu basilicarum, Ordinationes clericorum (qui ad ordines fuerint promouendi) a diocesanis suscipietis Episcopis, siquidem catholici fuerint, & communionem Sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerint, & ea uobis sine prauitate qualibet uoluerint exhibere, alioquin liceat uobis quemcunq; malueritis Antistitem gratiam, & communionem Apostolicæ sedis habentem, qui nostra fretus authoritate uobis, quid postulatur, impendat. ℂ Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat in ecclesiis uestris, clausis ianuis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, supressa uoce diuina officia celebrare. Liceat quoq; uobis, liberas,

Romani Pont. magistrũ, & cõmẽdatores hosp. a ptãtẽ p̃latorum eximere procurarunt.

De priuileg. eoꝝ q destinantur ad elemosinas hos. colligendum.

De his q in fraternitate hos. sũt recepti.

Decimas hos. s. Spir null[9] pręsumit exigere.

In hos. s. Spi. tpe gñalis interdicti officia diuina celebrantur.

& solutas personas e sęculo fugientes, ad conuersionem recipere, & eas absq; contradictione aliqua retinere. ¶ Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in locis uestris professionem, fas sit absq; magistri sui licentia inde discedere, nisi arctioris religionis obtenta. discedentem uero absq; munimine literarum uestrarum post factam in locis professionem turbatores religionis uestrę uel inutiles fuerint fortasse inuenti. Liceat tibi (fili Magister) & successoribus tuis, eos cum assensu, & consilio sanioris partis capituli amouere, ipsisq; dare licentiam ad alium ordinem transeundi, ubi secundum Deum uiuere debeant, & loco eorum alios subrogandi, qui unius anni spatio in uestra societate probentur, quo pacto (si mores ipsorum exigerint, & ipsi utiles fuerint ad seruitium hospitalis inuenti) professionem faciant regularem. ¶ Adhuc districtius inhibemus, ne a te fili Magister, uel successoribus tuis, & fratribus hospitalis eiusdem, exigat ulla ecclesiastica, sęcularisue persona fidelitates, homagia, iuramenta, uel securitates reliquas, quę a laicis frequentātur. Postremo decimas, quas consilio, & assensu Episcoporum, a clericis, uel laicis potueritis obtinere, illasq;, quas consentientibus diocesanis Episcopis, Clericis (ad quas pertinent) acquiretis, authoritate apostolica uobis confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, ac prędictum locum temere perturbare, aut possessiones eius auferre, uel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integre conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione, concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua in omnibus Sedis Apostolicę authoritate, de cætero successores nostros obsecramus, & attestamur in Christo Iesu Domino, qui uenturus est iudicare uiuos, & mortuos, ut locum uestrum cum personis, & rebus ad hospitalitatis officium deputatis, tanquam speciales patroni foueant, & defendant, quoniam si cęteris piis locis teneantur ex Apostolicæ Sedis seruitio prouidere, huic tamen Hospitali, quod bonis Ecclesię Romanę fundatum est, & dotatum, & tam nostris quam successorum uestrorum diebus credimus amplian dum, curam debemus impendere spetialem. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisue persona, Hanc nostræ constitutionis paginam sciens, & contra eam temere uenire temptauerit, secundo, tertioue monita (nisi reatum suum condigna satisfactiōe correxerit) potestatis, honorisq; sui careat dignitate, reumq; se diuino officio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini nostri redemptoris IESV CHRISTI aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri IESV CHRISTI, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum iuditium pręmia ęternę pacis inueniāt. Amē. Datum Ananiæ per manum Domini Ioannis Domini nostri Papæ Subdiachoni, & Notarii. Secundo Idus Iunii. Indictione decimaquarta. Incarnationis Dominicæ Millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. Pontificatus Domini Alexādri Papæ, IIII. Anno secundo.

De fratrib. ī hosp. pfessis.

Magister hosp. homagia nō soluit.

De ppetua cōseruatiōe pmissoꝝ.

De his qui cōtra pdicta temere attemptauerint.

Bulla Cel. Pont. Max.

CELESTINVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

VEnerabilibus fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Cantoribus, Archidiaconis, Sacristis, & ecclesiatum rectoribus, Curatis, & non Curatis, Exemptis, & non exemptis cuiuscunq; dignitatis existant, quibus presentes literę peruenerint. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Gratũ est Deo, opa misericordię exercere.

¶ Gratum Deo credimus impartiri famulatum, cum Christifideles ad misericordiæ opera excitamus, per quę status animarum utiliter procuratur. Cum igitur Magister ac Frater, & Nuntii ordinis Sancti Spiritus, qui recolligunt pauperes die, noctecq;, de quatuor mundi partibus huc uenientes, non habentes facultatem sicut expediens esset pro succursu & iuuamine dictorum pauperum, nisi piis Christifidelium elemosinis eis elargiri fecerimus. Hinc est, q; uobis omnibus Archiepiscopis, Episcopis, mãdamus firmiter, & per apostolica scripta iniungimus, ut cum confratres, uel eorum nuntii dicti ordinis Sancti Spiritus ad uos accesserint, & ab eis fueritis requisiti, literas monitorias, fauorabiles, & benignas, cum nostris moderatis indulgẽtiis absq; difficultate qualibet ad sustentationem pauperum fauorabiliter concedatis eis. Et uos Abbates, Priores, Exempti, & non exempti similiter Presbyteri, & omnes alii prędicti, dictos Fratres, uel eorum Nuntios in domibus uestris recipientes ob reuerentiam Sedis Apostolicæ, & nostram, transeundi ministretis necessaria. Vosq; Presbyteri, Curati, & alii rectores ecclesiarum, dictos fratres, & eorum nuncios in ecclesiis uestris, & locis legitime admittatis, ipsosq; expectantes expectatione pacifica infra missarum solemnia, nec ad diuina procedatis, donec, & quousq; negotium dictorum fratrum diligenter & finaliter consumptum, seu etiam adimpletum fuerit in loco ubi prędicatur uerbum Dei. NOS enim de omnipotentis Dei misericordia, ac beator. Petri, & Pauli apostolorum eius authoritate confisi, omnibus benefactoribus fratrũ seu pauperum, post declarationem nostrarum indulgentiarum uere peniteñ. & confessis pro nostris indulgentiis acquirendis, ac ad eorum domus confluentibus. In festo Penthecostes, & per octauas dicti festi singulis diebus, & sanctæ Trinitatis, omnium peccatorum suorum plenam remissionem, & octo millia annorum, & octo millia quadragenatum ob reuerentiam Sancti Spiritus de gratia speciali authoritate præsentium indulgemus. Et in festiuitatibus Domini nostri IESV CHRISTI uidelicet Natiuitatis, Circumcisionis, Trãsfigurationis, Resurrectionis, & Ascensionis, ac etiam in quatuor festiuitatibus Beatæ Mariæ uirginis, uidelicet Assumptionis, Natiuitatis, Purificationis, & Annuntiationis, per singulos dies dictarum festiuitatum tres annos, & tres quadragenas eisdem benefactoribus de pœnitentiis sibi iniunctis duximus indulgendas, & per Octauas dictarum festiuitatum singulis diebus, unum annum, & quadraginta dies, & per omnes dies ueneris, & per totum annũ ob reuerentiam passionis Domini nostri Iesu Christi unum annum, & quadraginta dies. Si quis uero catholicus dictis fratribus, seu pauperibus secundũ quantitatem substãtiæ, & qualitatẽ ordinis de bonis suis dederit, uel trãsmpserit ad sustẽtationẽ dictor. fratrũ, seu pauperũ pro prędictis indulgẽtiis acquirẽdis, si infra annũ, uel in capite anni uere pęnitẽs, & cõfessus moriatur, in mortis articulo toties quoties fuerit constitutus, uolumus, & de gratia speciali concedimus, q; ab omnibus peccatis authoritate aplica remaneat absolutus plenarie, nõ obstãtibus quibuscũq; reuocationibus,

De benigna receptione fratrũ, & Nũtior..s spir.

De indulg. quas cõsequunt Benefactores hosp. in festiuitatib. D. N. & Beatæ M. V.

Plen. Re. in mortis articulo cõcedit larg. Elemosp.

& consti-

& constitutionibus apostolicis factis in contrarium de indulgentiis, & abusionibus factis contra questores, quia isti non sunt questores, nec abutuntur, immo ueri religiosi approbati & per sanctam sedem apostolicam exempti. Sacerdotibus uero, & clericis tam uiris religiosis ꝗ mulieribus dictum negotium diligenter tractantibus, & de bonis suis misericorditer largiētibus, quodquod in diuinis officiis, & horis canonicis per defectum librorum, seu per impotentiam, negligentiam, aut debilitatem corporis, dicere obmiserunt, misericorditer in domino relaxamus. Vobisq; mandādo quatenus huiusmodi nostra mādata apostolica per parrochias uestras utriusq; sexus etatem habentes de domo in domum, quatenus ipsi ad ecclesiam ueniant, & hoc sub pena excommunicationis diebus, & horis de quibus a latore præsentium fueritis requisiti.

De omissiōe offi. diuinoꝝ sacerdotibus relaxatio.

Volumus & præcipimus, ꝙ cum dicti fratres & eorum nuntii, ad aliquas ecclesias interdictas aduenerint, in eorum iocundo aduentu ecclesiæ aperiantur, & ibi ianuis apertis diuina officia celebrentur, campanę pulsentur, & ibidem corpora mortuorum ecclesiasticæ sepulturæ tradantur.

In aductu fratrū hos. diuina offic. tpe interdicti celebrantur.

Et etiam de gratia speciali uolumus, & mādamus, ꝙ si forte Confratres, qui in libro confratriæ dicti ordinis fuerint, inuēti specifice nominati & descripti, ibidē de præsenti quilibet ipsorum tradatur ecclesiasticæ sepulturæ, si locus fuerit interdictus, & hoc sub excommunicationis pena, quā in his literis præsentibus ferimus in his scriptis, nisi excommunicati fuerint nominati, uel etiam publici usurarii. Remittuntur etiam omnia peccata oblita, offensiones patrum & matrum, sine iniectione manuum uiolentarū, & omnia uota Hierosolimitano duntaxat excepto. Iuramenta falsa sine damno alterius. Dominicales dies male seruatos, & solemnitates sanctorum, ac etiā usuras, rapinas, incendia, preter ecclesiastica, dāna data, & alio quocunq; nomine uel modo, male & illicite acquisita, si nescitur quibus ecclesiis, uel personis debeāt restitui, dicti fratres siue nuntii. s. Spiritus possint licite componere cum habentibus de prædictis male ablatis, ita ꝙ ad restitutionem aliquā minime teneantur.

Remissio.
De pecc. oblitis.
De offen. parētū.
De vot. pmutañ.
De festis male seruatis
De oppressione paruuloꝝ &c.

Diuina officia, & horas canonicas a sacerdotibus, & clericis prætermissas. Ac homicidia, oppressiones paruulorum, incestuosos, ac etiam de penitētiis redimendis impositis ab eorum sacerdotibus. Necnon quęcunq; legata eiusdem hospitalis, uel in ultimis uoluntatibus defunctoꝝ, & peccata defunctorum omnia, unde peccatores sint confessi, uel ad præsens uoluerint confiteri benefactoribus dictorum fratrum siue pauperum ob reuerentiam. s. Spiritus. De gratia speciali uolumus, & concedimus eisdem posse indulgere, adhuc in participatione stationum dedicationū S.R.E. Et peregrinationis terrę sanctæ omnes benefactores uiuos, & mortuos facimus participes, & consortes in eternum.

Benefact. hosp. pegrinationis. s. terræ siūt participes.

Quicunq; autem mandatorum nostroꝝ extiterint contemptores, rebelles, & inobedientes, aut perturbatores in aliquo, excōmunicationis sententiam in eos proferatis, quam faciatis usq; ad satisfactionē cōdignam inuiolabiliter obseruari. Datum Romę in palatio Lateranē, tertio Kal. Februarii. Pontificatus nostri Anno secundo.

Bulla Cele. Pōt. Max.

CELESTINVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Dilectis filiis, Magistro, & fratribus Hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe. Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Desideriis uestris in his

libenter annuimus, quæ digne uos possunt a grauaminibus præseruare. Hinc est, quod uestris supplicationibus inclinati, ut de bonis legatis intuitu pietatis a Christifidelibus, uobis, & hospitalibus mēbrorum, seu domorum, hospitali nostro Sancti Spiritus subiectorum, ad sustentationem pauperum hospitalium prædictorum, nullis canonicam iustitiam, seu portionem teneamini soluere, & ad id a quoquam coarctari, aliquatenus non possitis, Auctoritate Apostolica uobis præsentium indulgemus. Nos enim omnes excommunicationum, suspensionum, & interdicti sententias, quas in uos, uel uestrum aliquem, seu aliquos, aut in loca, uel hospitalia nostra, siue ipsorum fratres occasione huiusmodi post gratiam huiusmodi uobis factis latas, uel in posterum proferendas, eoipso decernimus irritas, & inanes, & aliquatenus non tenere. Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam nostræ concessionis, & constitutionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrū quarto Kal. Aug. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

Hosp. s. Spir. de bonis legat. nulli Prælato portionē debet.

BONIFATIVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bulla Bonif. viii. hosp. s. Spir. concessa.

Dilectis filiis Magistro, & fratribus hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe: Salutem, & Apostolicam Benedictionem. In hospitali nostro, quo fęlicis recordationis Innocē. Papa. iii. prædecessor noster, nō solum pro sua, sed prę decessorum, & successorum suorum, & fratrum suorum Episcoporum, Prælatorum, & Diaconorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, tam uiuorum, quam defunctorum salute animarum, ecclesiam, S. Mariæ in Saxia de urbe ex elemosinis eiusdem R. E. solenniter noscitur construxisse (sic faciente misericordiarum patre misericordiæ uacan. operibus) Quare nos ad exercitium operum deputati, hospitalitatem (per quam nonnulli Deo domino placuerunt, ut & Angelos hospitio recipere mererentur) charitatiue sectantes in eodem hospitali pauperes, & infirmos benigne recipitis unusquisque opportunitatibus subtrahentes, non solum illis tam uiuentibus, quā deficientibus opportune humanitatis obsequia exhibetis, sed etiam Apostolicę concurren. quo ad hos singulis septimanis pluribus diebus indifferenter admittitis, multisque aliis (quos pudor a publici questu, incerta mendicitate coherces) elemosinas uberes erogatis, expositosquoque infantes pietatis amica uoluntate suscipitis, & eis educandis uestris sumptibus personas deputatis idoneas, liberaliter ipsorum uictui necessaria largientes, his itaque, & aliis bonis operibus (per quæ in eodem Hospitali Sancto afflante Spiritu domino deseruitur) per dilectum filium Magistrum Mattheum Sanctæ Mariæ in porticu Diachonum Cardinalem, cui hospitalis eiusdem necnon membrorum, & locorum subiectorum, eidem cura, gubernatio, & rectoria in spiritualibus, & temporalibus per Sedem Apostolicam sunt commissæ diligentius nobis expositis, assertioni suæ non solum fama consentiente, sed laudabili, ac Deo placita facti euidentia concordante consideramus, quod in his scriptis opem congruam impendendo pauperibus, & egenis opitulamur innumeris, quibus per hospitalitatis obseruantiam, & elemosinarum affluentiam pro eodem hospitali subuenitur.

Hospitalitas deo semp placuit.

Hospitale. s. Spi. benigne īfantes expositos, & pauperes suscipit.

Necnon

Necnon uos magister, & fratres presentes, & futuri domus eiusdem hospitalis a quorumlibet prælatorum potestate, & iurisditione per sedem Apost. sitis exempti, & eidẽ ecclesiæ Rom. nullo pertineatis medio, eo saluo ꝙ clerici eiusdem ecclesiæ sanctæ Mariæ, debent ex mandato dictæ sedis Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe in Baptismo Letania seruitinio. Nos attendentes tam sancta, q̃ grata Deoq; accepta opera, quæ in hospitali prædicto iugiter exercẽtur, & cupiẽtes, ut ad ea efficatius exequẽda reddamini operis nostri suffragio aptiores, omnia, & singula Hospitalia, Membra, Ecclesias, Oratoria, Capellas, Domos, & alia ecclesiastica, siue pia loca, ad præfatum Hospitale. S. Spiritus mediate, uel immediate spectañ. præsentia & futura, quæ quidẽ presentia in diuersis mundi partibus consistentia, propriis duximus exprimenda uocabulis, uidelicet in Regno Siciliæ. S. Spiritus de Diano, &. S. Laurẽtii extra Dianũ, S. Mariæ de Campo Damese. S. Quirici, &. S. Spiritus de Claromonte, Ecclesias in diocesim Caputaqueñ. ecclesiam. S. Apostolorum Philippi, & Iacobi in ciuitate Marsie, hospitale. S. Spiritus cum capella, hospitale. S. Spiritus de Asculo cum capella, hospitale. S. spiritus de Aquilla cum oratorio, hospitale. S. Spiritus de Adria cum oratorio, & Ecclesiam. S. Claudii de Teramo de ciuitate Penneñ. de Theate, & de Piscaria, hospitalia cum oratoriis eorundem, &. S. Marię de Taslete, &. s. Quirici de Lau retio ecclesias Teatiñ. & Penneñ. diocesis, in diocesim Marsicañ. s. Nicolaii, &. s. Ruffini de Ferrato, hospitalia. s. Leonardi, &. s. Lirici de Pissina. s. Honofrii de Paterno, s. Leonardi de Valle Tergiu. s. Petri de Pazañ. Ecclesias in diocesis Valueñ. Ecclesiam. s. Spiritus Vltrauillam in Campania, hospitale. s. Spiritus de Anagnia cum capella, Ecclesiam. s. Egidii. de Rapello Tusculaneñ. diocesis, Ecclesiam. s. Nicolai de Tybure Neresineñ. diocesis. s. Ihdonnei. s. Leonardi de septem ueris. s. Andreę de Castro portiani. s. Helie de Castro. s. Helię &. s. Andreæ de Insulas, ecclesias in diocesim Sutrium in Castro. s. Pupæ. s. Mariæ &. s. Blasii Ecclesias cum oratoriis. s. Mariæ de Flora in ciuitate & dio. ciuitatis Castellañ. s. Angeli. s. Ypoliti, &. s. Leonardi pontis grãdinati, & de Turasce, Ecclesias in ciuitate Ortañ. ecclesiam. s. Blasii cum capellis dependeñ. ab eadem in ciuitate & diocesim Narineñ. ecclesiam. s. Ioãnis, & ecclesiam s. Ioannis de Vtriculo, hospitale. s. spiritus de Viterbio, hospitale. s. spiritus de Corneto in dioc. Vlseneñ. hospitale. s. Spiritus de Casulis in dio. Aretineñ. hospitale s. Spiritus de Quirico, hospitale, s. Spiritus de Florentia cũ oratoriis suis in ducatu Spoletañ. ecclesiam. s. Contadi in Marchia Anconitañ. hospitale. s. spiritus de Esculo in capella in castro offide. s. Iacobi, &. s. Euthicii, ecclesias in patriarchatu Aquilegieñ. hospitale. s. Spiritus cum ecclesia de Collibus clemone in Burgũdia. s. spiritus de Diuione de Dole de Vurnodoro, de Varro, de sancta seuera, de Bismntino, de Nouo fore, de Fimento, de Calci, de Nouocastro, de Tullo, & de Vallicolore, hospitalia cum eorum capellis in Regno Alemaniæ, de Steffelt, de Vunupina, de Vienneñ. de Cõmidia, de Menuci, de Craconia, &. s. Spiritus de Stetuna, hospitalia cum capellis & ecclesiis eorundem in Anglia, ecclesiam omnium sanctorũ Vuoritelf. cum capellis dependeñ. ab eadem Londoniceñ. dioc. in prouincia Narboneñ. s. spiritus de Montepessulano. s. spiritus Fontis Londoue, &. s. spiritus de clapo Malatalha, Hospitalia cũ capellis subiectis & dependeñ. ab eisdem in prouincia Anxitañ. s. spiritus iuxta sanctam Seueram. s. spiritus de Malburgheto, &. s. spiritus de Pardunaco, hospitalia cum capellis eorundem in prouincia Burdegaleñ. de Brageriaco, de ponte Bonone, & de sancta Fide, Hospitalia cum capellis eorũdem in prouincia Bituriceñ. s. spiritus

Magister & fr̃es hosp. a quorũlibet prælatoꝝ potestate sunt exempti.

Hospitalia, siue pia loca ad hos. s. Spirit^s spectañ

de Confluento.s.spiritus de Amiliano, Hospitalia cum oratoriis,& subiectis capellis corundē, in prouincia Arelateñ.s.spiritus Auraficeñ.&.s.spiritus de Boazone Aquē. Hospitalia cum oratoriis,&capellis subiectis eisdē in prouincia Arelaten.s. spiritus de Argentaria Vinarieñ dioc.cum oratorio suo.in prouincia Terraconeñ. hospitale s.spiritus Illerdeñ.cum oratorio suo.in prouincia Toletaneñ. s. spiritus Segobieñ. de.s.Stephano,deSoria,de Valisterra,de Valtra,& de Iaemia,Hospitalia cū ecclesiis & capellis subiectis eisdem ab omni iurisdictione,potestate,auctoritate,& dominio quorumlibet ordinariorum & aliarum ecclesiasticarum personarum totaliter, & perpetuo ex certa scientia prorsus eximimus,& liberamus,ac in ius, & proprietatem Beati petri suscipimus,statuentes,ut Hospitalia,Membra,Ecclesias,Oratoria,Capellas,domos,& alia ecclesiastica,siue pia loca prędicta,uel eorū aliquod(utpote prorsus exempta)nullus prædictorum ordinariorum,uel ecclesiasticarum personarum interdicere,suspendere,uelexcommunicare ualeat, seu quocunq modo alias in ea, & ipsorum personas,potestatem,uel iurisdictionem aliquam exercere decernentes irritum,et inane si secus super his a quoq̄ contigerit attentari,per prēmissa uero Cardinali præfato,& aliis Cardinalibus, qui pro tempore auctoritate apostolica hospitali memorato prēfuerint,nullum uolumus præiudicium generari,ꝙ ad ea,quę ipsis eadē auctoritate concessa sunt,uel in posterum concederentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis,liberationis,protectionis, et constitutionis infringere,uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prēsumpserit indignationē Omnipotētis Dei,ac Beatoꝝ Petri,et Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurū.Datū Ananiæ Quinto kal.Augusti.Pont.nostri Anno primo.

In Hispania, in Prouincia Terraconeñ hos.Iller dēñ.

In puīntia Toletañ.hos. Segobiē. de Soria. Iaēm.

Bulla Bon. viii. hosp.s.Spir.concessa.

BONIFATIVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Dilectis filiis magistro, et fratribus hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de vrbe,Salutem,et Apostolicam benedictionem, Sollicitudinem vestrā circa opera charitatis intentam dignis in domino laudibus commendantes,illis petitionibus, quas ecclesiæ Romanæ pro cōtinuis arduis huiusmodi operibus interdum porrigitis libenter,exauditionis ianuam aperimus. Hinc est,ꝙ nos uestris supplicationibus inclinati, ad instar fœlicis recordatiōis Alexādri pape.iii.prędecessoris nostri, uobis authoritate prēsentium indulgemus de blado, Vino, Lectis, Pannis,& Animalibus,quæ fideles Christi uobis ad usus pauperū hospitalis nostri pro animarū suaꝝ remedio in ultima uoluntate relinquuntur,nulli teneamini canonicam portionem,seu iustitiam exhibere.districtius inhibeñ.ne quis a uobis prętextu petitiōis huiusmodi de præmissis aliquid exigere,uel,extorquere prēsumat,ac etiam decerneñ excōmunicationis,suspeñ et interdicti sententias,si quas in uos,uel aliquem uestrum, & occasione contra tenorem præsentis indulgere ferri contigerit irritas,& inanes.Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, decreti, concessionis,indulti, extensionis, ampliationis,statuti,ordinationis,præcepti mādati uoluntatis,& constitutionis infringere,uel ei ausu temerario cōtraire.Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationē omnipotentis dei,ac beatoꝝ Petri et Pauli apostoloꝝ eius,se nouerit incursurū.Datū Romæ apud.S.Petrum,.x.Cal.Decembris Pontificatus nostri Anno tertio.

De exēptione eorum quæ hospi. relinquuntur.

BONIFATIVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM

His, quæ pro ecclesiarum, et monasteriorum ac hospitalium, necnon personarum ecclesiasticarum, & præsertim sub regulari uacantium studio piæ uitæ utilitati bus prouide acta sunt, ut illibata consistant, libenter adiicimus apostolici muniminis firmitatē. Exibita siquidem nobis pro parte dilectorum filiorum magistri fratris Ioannis de Malotiis de urbe, & fratrum hospitalis sancti spiritus in Saxia de urbe prædicta nobis, & Romanæ ecclesiæ immediate subiecti petitio continebat, q̄ dudum fœlicis recordationis Celestinus papa. v. prædecessor noster ipsis authoritate apostolica ut de donis ipsis, & hospitalibus, seu domibus eidem hospitali subiectis a Christifidelibus ad sustentationem pauperum dictorum hospitalium legatis intuitu pietatis nullam canonicam iustitiam, seu portionem soluere tenerentur, nec ad id a quoquam coarctari possent, gratiose duxit indulgendū, prout in eiusdem prædictis literis inde confectis (quarum tenorem præsentibus inseri fecimus) plenius continetur. Quare pro parte magistri, & fratrum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut huiusmodi literis, & in eis contentis robur apostolicæ confirmationis adiicere de benignitate apostolica dignaremur. NOS igitur huiusmodi supplicationibus inclinati prædictas literas, ac omnia, & singula in eis contenta, rata habentes, & grata, illa authoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cōmunimus, Tenor uero dictarum literarum talis est.

Petitio p̄ parte Magistri hos. s. spir. Bon. Pont. max. exhibita.

Tenor literarū p Celest. v. hos. cōcessarum.

BONIFATIVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Dilectis filiis, Magistro, & fratribus hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de urbe. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Meritis uestræ deuotionis inducimur, ut uos prosequamur gratia, quæ uestris necessitatibus esse dignoscitur opportuna. Hinc est, q̄ uestris supplicationibus annuentes, ut de usuris, rapinis, incendiis, preter ecclesiarum incendia, damnis datis, & alio quocunq; nomine, titulo, uel modo male, uel illicite acquisitis, (si nescitur quibus ecclesiis, uel personis debeant restitui) possitis licite componere cum habentibus de prædictis male ablatis, & incertis ita q̄, ad restitutionem aliam de residuo minime teneantur. ¶ Et oīa uota cōmutare possitis, & ab aliis uotis ligatos absoluere, Hierosolimitanū dumtaxat excepto. ¶ Et de iuramentis temere attentatis. De laboribus, & transgressionibus diebus dominicis & festiuis. De officio, & horis canonicis a clericis indebite prætermissis. De offensione patrum, & matrum sine iniectione manuum uiolentarum. De peccatis oblitis. De oppressione paruulorum. De homicidiis. De penitentiis redimendis, seu commutandis ab eorum sacerdotibus impositis. De peccatis omnibus, unde peccatores confessi fuerint, uel ad præsens uoluerint confiteri. ¶ Necnon a quibuscunq; legatis ad hospitalia eadem debitis uel aīs indistincte ad pios usus relictis dictis Magistro, & Fratribus, uel eorum nuntiis authoritatem plenissimam absoluendi de prædictis duximus

Confessionale apostolicum.

Compositio de vsuris, rapin. &c.

Cōmutatio vo. &c.

De trāsgressione festo. &c.

De horis canon. permissis.

De offensiōe pa. trū & matr.

De oppressione paruulorū.

De homicidiis.

Subuenientibus hos. septima pars peccatorũ relaxatur, & fiũt participes Stationum S.R.E.

concedendum. ¶ Preterea, quicunq; de facultatibus sibi a deo collatis dictis fratribus, & hospitali subuenerint, & in dicta sancta confraternitate constituerint se collegas, eisq; beneficia persoluerint, annuatim de beatorum Petri, & Pauli apostolorum confisi, septimam partem iniunctæ pęnitentię misericorditer in domino relaxamus, adhuc etiam in participatione stationum dedicationis sanctæ Romanæ ecclesiæ. ¶ Ac in peregrinationis terræ sanctæ omnes benefactores uiuos, & mortuos facimus participes, & consortes in æternum. Si quis uero catholicus dictis fratribus, & pauperibus secundum quantitatem substantiæ & qualitatem operis de bonis suis dederit, uel transmiserit ad substentationem dictorum fratrum, seu pauperũ pro prædictis indulgentiis acquirendis, si infra annum, uel in capite eiusdem anni uere penitens & confessus moriatur, Seu In mortis articulo toties quoties fuerit constitutus, Volumus, & de gratia speciali concedimus, quod ab omnibus peccatis suis authoritate nostra apostolica maneat absolutus plenarie. Nos obstan reuocationibus, & constitutionibus apostolicis quibuscunq; factis in contrarium, de indulgentiis, & abusionibus cõtra quęstores, quia isti non abutuntur, nec sunt quæstores, immo ueri religiosi approbati, & per sanctam sedem apostolicam exempti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, uel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Rogamie. Kal. Maii. Ponti. nostri Anno sexto.

Collectores hos nõ dñr Quæstores, sed religiosi approbati.

Bulla Bon. Põt. max. hos. s. spir. concessa.

BONIFATIVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Venerabilibus in Christo fratribus nostris, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiachonis, Archipresbiteris, Cantoribus, sacristis, & aliarum ecclesiarum Rectoribus, & Vicariis, seu eorum locatenẽ exemptis, & non exemptis, cuiuscunq; gradus, conditionis uel ordinis existant, quibus præsentes literæ peruenerint, Salutem, & apostolicam benedictionem. Gratum deo credimus impartiri famulatum, cum Christifideles ad misericordiæ opera excitamus, per quæ salus animarum utilius procuratur. ¶ Cum igitur dilecti filii nostri Magister, Comendatores, & fratres nostri Hospitalis sancti Spiritus in Saxia de urbe Romañ, & eorum Nuntii, & Commendatores membrorum dicti hospitalis, qui recolligunt pauperes, & infirmos, noctecq; dieq; de quatuor mundi partibus ad dictum nostrum hospitale generale uenientes, cum non habeant facultates de præsenti, nec habere possunt (sicut expediens esset) pro sucursu, & iuuamine dictorum pauperum, & infirmorum si pias fidelium ęlemosinas eis elargiri nõ fecerimus, ideo uobis omnibus, Archiepiscopis, Episcopis, uel uestris locateneñ. mandamus firmiter per apostolica scripta iniungentes, quatenus, cum dicti Magistri, & Commendatores nostri hospitalis generalis sancti Spiritus in Saxia de Vrbe Rom, uel eorum Nuntii, & dictorum membrorum Priores ad uos accesserint, & ab ipsis fueritis requisiti, literas uestras monitorias, fauorabiles, & benignas, cum uestris moderatis Indulgentiis, absq; difficultate qualibet ad substentationem dictorum pauperum, & infir-

Qñ fratres & nũtii hos. pie debeant recipi.

morum

morum fauorabiliter eis concedatis. ¶ Et uos Abbates, Priores, exempti & non exēpti, similiter & presbiteri ac omnes alii, dictos fratres, uel eorū nuncios in uestris domibus recipiatis, & eisdem ob reuerentiam & honorem sancti Spiritus, & nostræ apostolicæ sedis transeundo necessaria ministretis. Vosq; Decani, Presbiteri, Curati, & alii etiam animarum rectores, dictos fratres & eorum nuntios in ecclesiis & locis uestris benigne admittatis, ipsosq; permitten. in uestris ecclesiis prędicare populo in loco ubi uerbum dei prędicatur, ut ad opus dictorum Magistri, Commendatorum, Fratrum, Christi pauperum, & infirmorum ordinis sancti Spiritus in Saxia de urbe Romañ. uel eorum nuntiorum elemosinas quærere, & in dicto ordine confratrias facere possint eos expectantes expectatione pacifica infra missarum solemnia, nec ad diuina officia procedatis donec, & quousq; negotium prędictorum Magistri, & Commendatorum, & fratrum, fuerit diligenter & finaliter expeditum, atq; consummatū.

Q'do nuntii, & frēs hos. debeāt elemosinas quærere.

Nos enim de omnipotentis dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli apostolorū eius authoritate confisi, omnibus benefactoribus dictorum fratrum nostrorum seu pauperum infirmorum nostri hospitalis generalis sancti Spiritus in Saxia de urbe Romañ. uere penitentibus & confessis, qui infra annum post declarationem nostrarū indulgentiarum ueri peniteñ. & confessi fuerint. pro nostris Indulgentiis acquirendis, in festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, uidelicet Natiuitatis, Circuncisionis Apparitionis, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, & beatæ Mariæ uirginis, uidelicet. Natiuitatis, Purificationis, Annunciationis, & Assumptionis, per singulos dictarū festiuitatum tres annos, & tres quadragenas eisdem fratribus de penitentiis sib iniunctis Duximus indulgendum. & per octauas dictarum festiuitatum singulis diebus unum annum & quadraginta dies, & per omnes dies ueneris totius anni ob reuerentiam passionis domini nostri Iesu Christi annum unum & quadraginta dies.

De indulg. in festis solēnibus p totū annum.

Si quis uero catholicus dictis fratribus, uel panperibus infirmis, secundū quantitatē substantiæ & qualitatem criminis de bonis suis dederit, seu transmiserit ad sustentationem dictorum fratrum seu pauperum infirmorū pro predictis nostris indulgentiis acquirendis. ¶ Si infra annum, & in capite anni uere penitens & confessus moriatur seu in mortis articulo toties quoties fuerit constitutus, uolumus & de gratia speciali concedimus, q; ab omnibus peccatis suis authoritate nostra Apostolica permaneat absolutus plenarie a pena & culpa, non obstañ. quibuscunq; constitutionibus in cōtrarium de indulgentiis, & abusionibus factis contra quoscunq;, quia hi nostri fratres non abutuntur nec sunt quæstores, immo ueri religiosi approbati, & per sanctā sedē apostolicam exempti. Sacerdotibus uero, & clericis tam uiris religiosis q̄ mulieribus dictum negotium diligenter tractantibus & de bonis suis elargientibus. Quicquid in diuinis officiis, & horis canonicis, per defectum librorum, seu per ignorantiam, negligentiam, aut debilitatem corporis dicere omiserint, in domino misericorditer relaxamus.

Absolutio plen. a pena & culpa.

Vos quoq; Curati, & alii rectoris ecclesiarum, moneatis & conuocetis omnes, & singulos parrochianos uestros utriusq; sexus etatem habentes de domo in domum, quatenus ipsi ad ecclesiam ueniant sub excōmunicationis pena diebus, & horis feriatis & non feriatis, de quibus a latore presentiū fueritis requisiti. uolumus & pręcipimus, q; cum dicti Magistri, & cōmendatores, fratres uel eorum nuntii. Ad aliquas ecclesias interdictas aduenerint quod in eorū iocundo aduētu ecclesiæ aperiantur, & ianuis apertis diuina officia ibidem celebrentur, & campane pulsentur, & et corpora mortuorum tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, nisi excommunicati aut inter-

Curati & Rectores ecclesiarū parochianos suos in aduētu Nunt. conuocare debēt.

dicti fuerint. Et de gratia speciali uolumus, & mandamus, q̄ si cōfratres nostri hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de urbe, & membrorum eius, qui in libro confratriæ supradictæ forte fuerint inuenti specifice nominati & inscripti, inibi de presenti quilibet tradatur ecclesiasticæ sepulturæ, & etiam si locus fuerit interdictus, & sub excommunicationis pena quam in nostris præsentibus literis ferimus in his scriptis, nisi excommunicati fuerint, uel publici usurarii. Adhuc etiam in participatione Stationū, Dedicationis sanctæ Romanæ ecclesiæ & Peregrinationis terræ sanctæ omnes benefactores uiuos & mortuos facimus participes, & consortes in eternum. Quicūq; autem mandatis nostris extiterint contemptores, rebelles & inobedientes, aut perturbatores in aliquo, contra eos excommunicationis sententiam proferatis, & faciatis usq; ad satisfactionē condignam inuiolabiliter obseruari. Datū Romæ apud sanctū Petrum. Quintodecimo Kalen. Februarii. Pontificatus nostri Anno octauo.

Bn̄factores hos. fiūt participes stationū. E. Ro. & terræ sanctæ.

Excōmunicātur cōtēptores mād. apos.

Bulla cōseruatoria Greg. Pont. max. in fauorem hos. concessa.

GREGORIVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

VEenerabilibus Fratribus Aquilegiensis & Magalonensis Episcopis, ac dilecto filio Abbati monasterii sancti Petri de urbe, Salutem & Apostolicam benedictionem. Militanti ecclesiæ (licet immeriti) disponente domino pręsidentes, circa statutum ecclesiarum, monasteriorum, & hospitalium, omni solertia reddamur indefessi sollicitati, ut iuxta debitum pastoralis officii eorum occuramus dispendiis, & profectibus diuina cooperante clementia salubriter intendamus. Sane dilectorum filiorū Præceptoris, & fratrum hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de urbe, & eius membrorum conquestione percepimus, q̄ nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, aliiq; ecclesiarum, & monasteriorum Prelati, & clerici, ac personæ ecclesiasticæ, tam religiosæ quam etiam seculares. Necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laici, Cōmunia ciuitatū, Vniuersitatum, oppidorū, Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, & aliæ singulares personæ, ciuitatum, & diocesum aut aliarū partium diuersarū occuparunt, & occupari fecerunt Castra, Villas, Casalia, & alia loca, ecclesias, Cappellas, Hospitalia, Grangias, Decimas, Terras, Domos, Possessiones, Iura, & Iurisdictiōes, necnō FructusRedditus, Cēsus, & Prouētus dicti hospitalis, & nonnulla alia iura bona mobilia, & immobilia, spiritualia, & temporalia ad pręceptorē, fratres, & hospitale predic. spectañ & pertineñ. & ea detinēt indebite occupata, seu ea detinentibus pręstant auxilium, consilium, fauorem, nonnulli etiam ciuitatis, & diocesis, & partium pręductarum, qui nomen domini in uanū recipere non formidant, eisdem Præceptori, & fratribus super prędictis castris, uillis, & locis, aliis terris, domibus & possessionibus, iuribus, & iurisdictionibus, fructibus, redditibus, cēsibus, & prouentibus, eorundem, & quibuscunq; aliis bonis, mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, & aliis bonis ad eosdem pręceptorem, & fratres, & hospitalia spectantibus multiplices molestias, & iniurias inferunt, & iacturas. Quare dicti pręceptor, & fratres, nobis humiliter supplicarunt, ut cum eisdem ualde reddatur difficile pro singulis quęrellis ad sedem apostolicam habere recursū, prouidere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. NOS IGITVR aduersus occupatores, detentores, molestatores, et inquietatores hmōi, illo uolentes eisdem preceptori et fratribus remedio subuenire, per quod ipsorum compescatur temeritas,

Petitio pceptoris

& aliis aditus cõmittendi similia precludatur, discretioni uestræ per apostolica scri pta mandamus, quatenus uos, uel duo, aut unus uestrum per uos, uel alium, seu alios, etiam si sint extra loca (in quibus deputati estis conseruatores, & iudices, preceptis preceptoris, & fratribus, efficaci defensionis presidio assistentes) non permittatis eosdem super his, & quibuslibet aliis bonis, & iuribus ad preceptorem, fratres, & hospitalia predictis spectañ ab eisdem, uel quibusuis aliis indebite molestari, uel eis grauamina, seu damna & iniurias irrogari facturi ipsis qui cum ab eis uel aliquibus eorum seu procuratori, uel procuratoribus eorundem fueritis requisiti, de predictis, & aliis personis quibuslibet super institutione Ecclesiarum, Capellarum, Hospitalium, Grangiarum, Castrorum, Villarum, Casalium, Terrarum, Domorum, Possessionum, Iurisdictionum, Iurium & Bonorum mobilium & Immobilium. Redditũum quoq; & Prouentuum & aliorum quorumcunq; bonorum. Nec non de quibuscunq; oneribus, molestiis & damnis presentibus & futuris, in illis uidelicet, quæ iudicialem requirerent indaginem summarie simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicii, in aliis uero prout qualitas eorum exigerit iustitiæ cõplementum, occupatores seu detentores, molestatores presũptores & iniuriatores huiusmodi: necnon cõtradictores quoslibet & rebelles cuiuscunq; status, gradus, ordinis uel conditionis extiterint: quandocunq; & quotiescunq; expedierit, authoritate Apostolica (appellatione postposita) compescendo inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis, non obstantibus fe. re. Bo. Papæ. viii. predecessoris nostri, in quibus cauetur, ne quis extra suam dioc. ad iudicium euocetur, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ diocesis, seu ne iudices a sede apostolica predicta deputati extra ciuitatem, & diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscunq; procedere, siue alii uel alii uices suas committere aut aliquis ultra unam dietam a fine diocesis eorum trahere presumat seu tam de aliis quam manifestis iniuriis & molestiis & aliis (quæ iudiciale examen exigunt) pœnis in eos si secus egerint, etiã id promittentes adiectis conseruatores se nullatenus intromittant, & tam de duabus dietis in cõcilio generali dũmodo ultra tertiã uel quartã dietam aliquis extra suã ciuitatem & diocesim authoritate presentium non trahatur ad iudicium, quam aliis quibuscunq; cõstitutionibus a predecessoribus nostris Rom. pontif. de iudicibus delegatis & conseruatoribus personis ultra certum numerum ad iudiciũ non uocañ. & aliis æditis, qui nostre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati, eiusq; libero exercitio quomodolibet obuiare, seu si cõmuniter uel diuisim aliquibus ab apostolica sit sede indultũ, q; excõmunicari, suspendi, uel interdici, seu extra uel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscunq; tenoris existat, per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri ualeat quomodolibet uel differri, & de qua cuiusq; toto tenore habenda sit in nostris literis mẽtio specialis. Ceterũ nolumus, & auctoritate apostolica decernimus, q; quilibet uestrũ prosequi ualeat, ac titulũ etiã per unũ inchoatũ quãuis idẽ inchoans nullo fuerit impedimẽto canonico impeditus, quodq; a data presentiũ sit uobis, & unicuiq; in premissis omnibus, cæptis & nõ cæptis, pñtibus & futuris, perpetua potestas, & iurisdictio attributa, ut eo uigore, eaq; firmitate possitis in premissis oĩbus & singulis cæptis & nõ cæptis, pñtibus & futuris & pro predictis pcedere, ac si predicta oĩa & singula corã nobis cæ

Cautetur ne Præcepter & Fratres Hospi. indebite molestentur

Constitutiones Bo. Papæ viii.

Indultum Alex. Pōt. Max. hos. s. Spir. cōcessum.

ALEXANDER EPISCO.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

VEnerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & aliis Ecclesiarū prælatis, ad quos litteræ iste peruenerint, Salutē, & Apostolicā benedictionē. ¶ Cum igitur Magistri, Comēdatores, & omnes alii fratres nostri hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de urbe fuerint nobis humiliter supplicati, quod possint recipere fratres alterius religionis propter carentiā fratrū, qui minime uellēt exercere opera caritatis & pietatis. Ideo in uirtute spūs sancti cōcedimus, de gratia speciali, quod possint recipere dictos fratres cuiusuis ordinis siue religionis fuerint, (excepto ordine Cartusiensiū) & dicti fratres possint permutare habitū suū sine impedimento alicuius nostri inferioris. Et hanc præsentem gratiā uolumus, & cōcedimus ad perpetuā rei memoriā ualiturā. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostræ constitutionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorū eius, se nouerit incursurū. Datū Auinione duodecimo kalend. Augusti. Pontificatus nostri Anno secundo.

Fratres cuiusuis ord. carth. excep. pñt habitū suum permutare.

Bulla Alex. hos. s. Spir. cōcessa.

ALEXANDER EPISCO.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

DIlectis filiis, Magistro hospitalis sanctę Marię in Saxia de urbe, eiusq; fratribus tam præsentibus, q̃ futuris regularem uitam professis. Imperpetuum inter opera pietatis (quæ secundum apostolum promissionem habent uitæ præsentis pariter & futurę) hospitalitates nobis spetialiter, et frequenter diuina scriptura cōmendat ut pote quæ omnia illa cōprehendit, propter quæ dominus in ultimo districtionis examine remuneraturum se bonos, & malos asserit puniturum. Hęc enim pascit esurientes, sitientes potat, colligit hospitales, nudos uestit et non solum infirmos uisitat, sed in se eorum infirmitates assumēs infirmātium curam agit, in carcere positos in infirmitate communicat, participat in sepultura defunctorum. Per hanc quidem Angelis recepti hospitio placuerunt deo Abraham, & Loth, per quos Abraham iam senex futurę sobolis promissionem accepit, & Loth fuit de incendio Sodomæ liberatus, duo quoq; Discipuli coegentes hospitio dominum, quem in expositione scripturę non nouerant, in panis fractione nouerunt. per hanc superflua, diuitiumq; congregata seruarentur si in necessitates pauperum erogantur. per hanc terrena in cęlestia, & transitoria in ęterna fęlici commertio commutantur, dum per manus thesaurizemus pauperum in celis, ubi nec erugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. & faciamus nobis de mammona iniquitatis amicos, qui (cum defecerimus) in eterna tabernacula nos admittant. Hæc igitur attēdens, Hospitale nostrum (quod nōn solum pro nostra, sed prædecessorum nostrorum, ac successorum, & fratrum nostrorum Episcoporum, presbyterorum, atq; Diaconorum Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, tam uiuorum, quam mortuorum salute, apud sanctam Mariam in Saxia de urbe locum utiq;

Hospitalitas oīa misericordię opa cōprehendit.

Abrahā, & Loth per hāc Deo placuerunt.

I.

satis

satis idoneum ad hospitalitatis officium exercendum elemosinis ecclesiȩ Romanȩ solemniter est constructum, in quo recipiuntur et reficiuntur pauperes infirmi, & exhibentur alia opera pietatis ad exemplar fe. recordationis Innoc. et Honorii, & Gregorii, prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio cōmunimus statuentes, ut regularis ordo (quȩ secundum deum & institutionē fratrum hospitalis Sancti Spiritus ibidem institutus esse dignoscitur) perpetuis ibidē temporibus inuiolabiter obseruetur. Præterea, quascunque possessiones, quæcunque bona, quæ idem hospitale in præsentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, uel Principū oblatione fideliū, seu aliis iustis modis (præstante domino) poterit adipisci, firma, & nobis, nostrisq; successoribus, & illibata permaneant in quibus hæc propriis duximus exprimenda uocabulis. locum ipsum in quo præfatum hospitale situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancti Coradi etiam cum omnibus pertinentiis suis Sancti Leonardi Pontisgratia dinati, Sancti Egidii de Rapello, Sanctȩ Crucis de Diano, Sancti Laurentii extra Dianum, Sanctæ Mariæ de Capodemese, ac Sancti Spiritus de Claromonte ecclesias, cum omnibus iuribus, & pertinentiis earundem, de Vurutelle, et Steffelt, et del Gnuprimi ecclesias, cum omnibus pertinentiis earundem de Braut, de Vallecaia, de Porcariua, de Saulo, de Cesimo grangias cum omnibus pertinentiis earundem, Sancti Spiritus de Miliana, Sancti Spiritus de Milgenteria, Sancti Spiritus de Larido, Sancti Spiritus de Segolua, .s. Spiritus de Qualtra, Sancti Spiritus de Bageriaco. s. Spiritus de Ponte bordane, et .s. Spiritus de Monte ualenti, hospitalia, cum omnibus pertinentiis eorū de Diuione, de Dole, de Toruo doto et de Barro hospitalia, cum pertinentiis eorundem Ecclesiā, et hospitale de Nonoferro, et hospitale de Sommundia, de Meinnii, de Vienna, de Cracoma hospitalia, cum pertinentiis eorundem, grangiam et hospitale (quæ habetis in loco qui uocatur Fauento) cum omnibus pertinentiis eorundē. hospitale de Nouo castro de Lausana, cum Terris, Pratis, Vineis, Nemoribus, Vsuagiis, & pascuis, in Bosco, & Plano in Aquis, & Molendinis, in uiis, & Semitis, & omnibus aliis Libertatibus & immunitatibus suis. Hoc tantum adiecto, ut in eadem ecclesia quatuor semp (ad minus) sint clerici regulam eiusdem hospitalis professi qui pro nobis, prædecessoribus, ac successoribus, & fratribus nostris, uiuis pariter et defunctis specialiter obsecrantes, omnia spiritualia libenter administrent, & super his, nulli nisi Romani pontificis correctioni subiaceant ad quem (quoties expedierit) monitione premissa alma fiat a fratribus proclamatio propter deum, ut ipse cognita ueritate decernat, quod suo prudenti consilio duxerit prouidendum, ipsi autem uictu & uestitu contenti (quem eis secundum eandem regulam præcipimus exhiberi) diuinis uacent officiis, et intendant ecclesiasticis sacramētis ita quod de aliis hospitalis negotiis (præter cōcessionem Magistri) se nullatenus intromittant, sed omnia dispositioni tuæ (fili Magister) & successorum tuorum, uel eorum (qui per te, uel per eos ad hoc fuerint deputati) sine contradictione, aut murmuratione relinquent. ¶ Cæterum quoniam prædictus prædecessor noster Honorius unionē eiusdem hospitalis, & .s. Spiritus in Mōte Pessulano uobis, & hospitali nostro, in spiritualibus & temporalibus pernitiosam & damnosam cognouit, ipsam de consilio fratrum suorum dissoluit, statuens, ut nec istud illi, nec illud isti, in aliquo teneatur, nec uobis & aliquid illis sit commune non obstante priuilegio dicti Innocentii, uel suo, si quod super unione ipsa apparuerit im-

Regularis ordo s. Spir. inuiolabiliter obseruari debet.

De eccl's cū ptinētiis suis hospitali annexis.

De obseruātia & regula clericorū in hos. pfess.

petratum. Verum postmodũ Rector, & fratres prædicti hospitalis de MõtePessulano per procuratorem ad hoc legitime constitutum ipsum hospitale suum cum omnibus domibus sibi subiectis, & subiciendis in posterum, ac uniuersis rebus, iuribus, & rationibus suis, authoritate bo. mem. Stephani tituli sanctæ Mariæ in Transtiberim presbiteri, & Ro. sanctæ Mariæ in Cosmedim diaconi Cardinalis (quos ad id præfatus deputauit Gregorius) domui uestræ sponte, ac uoluntarie submiserunt, ut idẽ hospitale, cum domibus suis uobis, & domui uestræ ita sit suppositũ, & subiectum sicut domibus hospitalis Hierosolimitanæ & militiæ templi sint subiecte ac suppositæ domus suæ, quam submissionem, & subiectionem adiacen. duximus authoritate Apostolica confirmandam. ¶ Cæterum cum ecclesia sanctæ Mariæ in Saxia, & hospitale constructum ibidem ad nos (nullo mediante) pertineat, eo saluo, quo clerici eiusdẽ ecclesiæ debent ex nostro mandato Basilicæ principis apostolorum in scrutinio, Babtismo et Lætania, ne disparis conditionis homo præferatur eidẽ, & seruus quod alii domino stet aut cadat proponatur hospitali prædicto, quod nostræ tantum est iurisditioni subiectum, personam tuam, (fili Magister) & successorum tuorum prædecessores nostri præfati a potestate prælatorum quorumlibet eximere procurarunt. NOS uero (sicut persona tua exempta dignoscitur, sic fratres domus hospitalis ipsius) a quorumlibet prelatorum eximimus potestate. Ita ut nullus in eos interdicti, uel suspensionis, aut excommunicationis sententiam sine speciali mandato sedis apostolicę audeat promulgare quam (si secus fuerit) decernimus non temere. ¶ Si uero fratrum uestrorũ (qui destinati fuerint ad elemosinas colligendum) in quamlibet ciuitatem, castellũ, uel uillam aduenerint (si forte locus ille a diuinis fuerit officiis interdictus) pro omnipotentis dei reuerentia in eorum aduentu iocundo (semel in anno) pulsatis campanis aperiantur ecclesiæ, & super elemosinis acquirendis, uerbum exhortationis ad populum in ecclesia proponatur. Decernimus insuper, ut receptores fraternitatum, siue collectarum uestrarum (saluo iure dominorum suorum) et beati Petri apostoli, & nostra protectione consistant pace in terris (in quibus fuerint) potiantur. ¶ Simili etiam modo statuimus, ut quicunque in uestra fuerit fraternitate receptus si forte decesserit in parrochiali ecclesia (cuius ipe parrochianus extiterit, ipsi sepultura ecclesiastica non negetur nisi excommunicatus uel nominatim fuerit interdictus. ¶ Decimas autem de Terris, & Vineis quas ad opus infirmorum, & pauperum propriis manibus, aut sumptibus colitis de terris habitis ante concilium generale, siue de nutrimentis animalium, seu de fructibus hortorum uestrorum nullus exigere, uel extorquere presumat. ¶ Liceat autem uobis in domibus uestris (quos in præsentiarum habetis, uel in futurum eritis habituri) ad opus uestrum, & familiæ uestræ. Necnon infirmorum, & pauperum, ibidem manutenentium oratorium, & cimiterium sine impedimẽto cuiuslibet contradictionis habere. ¶ Chrisma uero, Oleum sanctum, Consecrationes altarium, seu basilicarum, Ordinationes clericorum (qui ad ordines fuerint promouendi) a diocesanis suscipietis Episcopis, siquidem catholici fuerint, & communionem Sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerint, & ea uobis sine prauitate qualibet uoluerint exhibere, alioquin liceat uobis quemcunq̃ malueritis Antistitem gratiam, & communionem Apostolicæ sedis habentem, qui nostra fretus authoritate uobis, quid postulatur, impendat. ¶ Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat in ecclesiis uestris, clausis ianuis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa uoce diuina officia celebrare. Liceat quoq; uobis, liberas,

Romani Pont. magistrũ, & cõmẽdatores hosp. a prātĕ pla̅torum eximere procurarunt.

De priuileg. eorũ q destinantur ad elemosinas hosp. colligendum.

De his q in fraternitate hosp. fũt recepti.

Decimas hosp. s. Spir. null° pręsumit exigere.

In hosp. s. Spi. tpe gñalis interdicti officia diuina celebrantur.

& solutas personas e sęculo fugientes, ad conuersionem recipere, & eas absq; contradictione aliqua retinere. ¶ Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in locis uestris professionem, fas sit absq; magistri sui licentia inde discedere, nisi arctioris religionis obtenta. discedentem uero absq; munimine literarum nostrarum post factam in locis professionem turbatores religionis uestræ uel inutiles fuerint fortasse inuenti. Liceat tibi (fili Magister) & successoribus tuis, eos cum assensu, & consilio sanioris partis capituli amouere, ipsisq; dare licentiam ad alium ordinem transeundi, ubi secundum Deum uiuere debeant, & loco eorum alios subrogandi, qui unius anni spatio in uestra societate probentur, quo pacto (si mores ipsorum exigerint, & ipsi utiles fuerint ad seruitium hospitalis inuenti) professionem faciant regularem. ¶ Adhuc districtius inhibemus, ne a te fili Magister, uel successoribus tuis, & fratribus hospitalis eiusdem, exigat ulla ecclesiastica, sęcularisue persona fidelitates, homagia, iuramenta, uel securitates reliquas, quæ a laicis frequentatur. Postremo decimas, quas consilio, & assensu Episcoporum, a clericis, uel laicis potueritis obtinere, illasq;, quas consentientibus diocesanis Episcopis, Clericis (ad quas pertinent) acquiretis, authoritate apostolica uobis confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, ac prædictum locum temere perturbare, aut possessiones eius auferre, uel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integre conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione, concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua in omnibus Sedis Apostolicæ authoritate, de cætero successores nostros obsecramus, & attestamur in Christo Iesu Domino, qui uenturus est iudicare uiuos, & mortuos, ut locum uestrum cum personis, & rebus ad hospitalitatis officium deputatis, tanquam speciales patroni foueant, & defendant, quoniam si cęteris piis locis teneantur ex Apostolicæ Sedis seruitio prouidere, huic tamen Hospitali, quod bonis Ecclesiæ Romanæ fundatum est, & dotatum, & tam nostris quam successorum uestrorum diebus credimus amplianđum, curam debemus impendere spetialem. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisue persona, Hanc nostræ constitutionis paginam sciens, & contra eam temere uenire temptauerit, secundo, tertioue monita (nisi reatum suum condigna satisfactiõe correxerit) potestatis, honorisq; sui careat dignitate, reumq; se diuino officio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini nostri redemptoris IESV CHRISTI aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri IESV CHRISTI, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum iuditium præmia ęternę pacis inueniãt. Amẽ. Datum Ananiæ per manum Domini Ioannis Domini nostri Papæ Subdiachoni, & Notarii. Secundo Idus Iunii. Indictione decimaquarta. Incarnationis Dominicæ Millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. Pontificatus Domini Alexãdri Papæ, IIII. Anno secundo.

De fratrib. ĩ hos. pfessis.

Magister hosp. homagia nõ solu it.

De ppetua cõseruatiõe pmissor.

De his qui cõtra pdicta temere attemptauerint.

Bulla Cel. Pont. Max.

CELESTINVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

VEnerabilibus fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Cantoribus, Archidiaconis, Sacristis, & ecclesiarum recto‑ribus, Curatis, & non Curatis, Exemptis, & non exemptis cuiuscunq; dignitatis exi‑stant, quibus pręsentes literę peruenerint. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Gratū est Deo, opa misericor‑diæ exercere.

¶ Gratum Deo credimus impartiri famulatum, cum Christifideles ad misericordiæ opera excitamus, per quę status animarum utiliter procuratur. Cum igitur Magister ac Frater, & Nuntii ordinis Sancti Spiritus, qui recolligunt pauperes die, nocteq;, de quatuor mundi partibus huc uenientes, non habentes facultatem sicut expediens esset pro succursu & iuuamine dictorum pauperum, nisi piis Christifidelium elemosi‑nis eis elargiri fecerimus. Hinc est, q; uobis omnibus Archiepiscopis, Episcopis, mā‑damus firmiter, & per apostolica scripta iniungimus, ut cum confratres, uel eorum nuntii dicti ordinis Sancti Spiritus ad uos accesserint, & ab eis fueritis requisiti, literas monitorias, fauorabiles, & benignas, cum nostris moderatis indulgētiis absq; difficultate qualibet ad sustentationem pauperum fauorabiliter concedatis eis. Et uos Abbates, Priores, Exempti, & non exempti similiter Presbyteri, & omnes alii prę‑dicti, dictos Fratres, uel eorum Nuntios in domibus uestris recipientes ob reue‑rentiam Sedis Apostolicæ, & nostram, transeundi ministretis necessaria. Vosq; Pres‑byteri, Curati, & alii rectores ecclesiarum, dictos fratres, & eorum nuncios in ecclesiis uestris, & locis legitime admittatis, ipsosq; expectantes expectatione pacifica infra missarum solemnia, nec ad diuina procedatis, donec, & quousq; negotium dictorum fratrum diligenter & finaliter consumptum, seu etiam adimpletum fuerit in loco ubi prędicatur uerbum Dei. NOS enim de omnipotentis Dei misericordia, ac beato‑rum Petri, & Pauli apostolorum eius authoritate confisi, omnibus benefactoribus fratrū seu pauperum, post declarationem nostrarum indulgentiarum uere peniten. & confes‑sis pro nostris indulgentiis acquirendis, ac ad eorum domus confluentibus. In fe‑sto Penthecostes, & per octauas dicti festi singulis diebus, & sanctæ Trinitatis, om‑nium peccatorum suorum plenam remissionem, & octo millia annorum, & octo mil‑lia quadragenarum ob reuerentiam Sancti Spiritus de gratia spetiali authoritate præsentium indulgemus. Et in festiuitatibus Domini nostri IESV CHRISTI uidelicet Natiuitatis, Circumcisionis, Transfigurationis, Resurrectionis, & Ascen‑sionis, ac etiam in quatuor festiuitatibus Beatæ Mariæ uirginis, uidelicet Assumptio‑nis, Natiuitatis, Purificationis, & Annuntiationis, per singulos dies dictarum festi‑uitatum tres annos, & tres quadragenas eisdem Benefactoribus de pœnitentiis sibi iniunctis duximus indulgendas, & per Octauas dictarum festiuitatum singulis die‑bus, unum annum, & quadraginta dies, & per omnes dies ueneris, & per totum annū ob reuerentiam passionis Domini nostri Iesu Christi unum annum, & quadraginta dies. Si quis uero catholicus dictis fratribus, seu pauperibus secundū quantitatem substātiæ, & qualitatē ordinis de bonis suis dederit, uel trāsumpserit ad sustētationē dicto℞ fratrū, seu pauperū pro prędictis indulgētiis acquirēdis, si infra annū, uel in capite anni uere pęnitēs, & cōfessus moriatur, in mortis articulo toties quoties fuerit constitutus, uolumus, & de gratia spetiali concedimus, q; ab omnibus peccatis autho‑ritate aplica remaneat absolutus plenarie, nō obstātibus quibuscūq; reuocationibus,

De benigna rece‑ptione fratrū, & Nūtiorū s. spir.

De indulg. quas cōsequunt Bene‑factores hosp. i fe‑stiuitatib⁹. D. N. & Beatæ. M. V.

Plen. Re. in mor‑tis articulo cōce‑dit larg. Elemo. hosp.

& consti‑

& constitutionibus apostolicis factis in contrarium de indulgentiis, & abusionibus factis contra quęstores, quia isti non sunt quęstores, nec abutuntur, immo ueri religiosi approbati & per sanctam sedem apostolicam exempti. Sacerdotibus uero, & clericis tam uiris religiosis ꝙ mulieribus dictum negotium diligenter tractantibus & de bonis suis misericorditer largiētibus, quodquod in diuinis officiis, & horis canonicis per defectum librorum, seu per impotentiam, negligentiam, aut debilitatem corporis, dicere obmiserunt, misericorditer in domino relaxamus. Vobisq; mandādo quatenus huiusmodi nostra mādata apostolica per parrochias uestras utriusq; sexus etatem habentes de domo in domum, quatenus ipsi ad ecclesiam ueniant, & hoc sub pena excommunicationis diebus, & horis de quibus a latore præsentium fueritis requisiti. Volumus & præcipimus, ꝙ cum dicti fratres & eorum nuntii, ad aliquas ecclesias interdictas aduenerint, in eorum iocundo aduentu ecclesiæ aperiantur, & ibi ianuis apertis diuina officia celebrentur, campanę pulsentur, & ibidem corpora mortuorum ecclesiasticæ sepulturæ tradantur. Et etiam de gratia speciali uolumus, & mādamus, ꝙ si forte Confratres, qui in libro confratriæ dicti ordinis fuerint inuēti specifice nominati & descripti, ibidē de præsenti quilibet ipsorum tradatur ecclesiasticæ sepulturæ; si locus fuerit interdictus, & hoc sub excommunicationis pena, quā in his literis præsentibus ferimus in his scriptis, nisi excommunicati fuerint nominati, uel etiam publici usurarii. Remittuntur etiam omnia peccata oblita, offensiones patrum & matrum, sine iniectione manuum uiolentarū, & omnia uota Hierosolimitano duntaxat excepto. Iuramenta falsa sine damno alterius. Dominicales dies male seruatos, & solemnitates sanctorum, ac etiā usuras, rapinas, incendia, preter ecclesiastica, dāna data, & alio quocunq; nomine uel modo, male & illicite acquisita, si nescitur quibus ecclesiis, uel personis debeāt restitui, dicti fratres siue nuntii. s. Spiritus possint licite componere cum habentibus de prædictis male ablatis, ita ꝙ ad restitutionem aliquā minime teneantur. Diuina officia, & horas canonicas a sacerdotibus, & clericis prætermissas. Ac homicidia, oppressiones paruulorum, incestuosos, ac etiam de penitētiis redimendis impositis ab eorum sacerdotibus. Necnon quęcunq; legata eiusdem hospitalis, uel in ultimis uoluntatibus defunctorum, & peccata defunctorum omniū, unde peccatores sint confessi, uel ad præsens uoluerint confiteri benefactoribus dictorum fratrum siue pauperum ob reuerentiam. s. Spiritus. De gratia speciali uolumus, & concedimus eisdem posse indulgere, adhuc in participatione stationum dedicationū S.R.E. Et peregrinationis terrę sanctæ omnes benefactores uiuos, & mortuos facimus participes, & consortes in eternum. Quicunq; autem mandatorum nostrorū extiterint contemptores, rebelles, & inobedientes, aut perturbatores in aliquo, excōmunicationis sententiam in eos proferatis, quam faciatis usq; ad satisfactionē cōdignam inuiolabiliter obseruari. Datum Romę in palatio Lateranē, tertio Kal. Februarii. Pontificatus nostri Anno secundo.

De omissiōe offi. diuinoꝝ sacerdotibus relaxatio.

In aduētu fratrū hosp. diuina offic. tpe interdicti celebrantur.

Remissio. De pecc. oblitis. De offen. paretū. De vot. pmutañ. De festis male seruatis. De oppressione paruuloꝝ &c.

Benefact. hosp. pegrinationis. s. terræ fiūt participes.

Bulla Cele. Pōt. Max.

CELESTINVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Dilectis filiis, Magistro, & fratribus Hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe. Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Desideriis uestris in his

libenter annuimus, quæ digne uos possunt a grauaminibus præseruare. Hinc est, quod uestris supplicationibus inclinati, ut de bonis legatis intuitu pietatis a Christifidelibus, uobis, & hospitalibus mẽbrorum, seu domorum hospitali nostro Sancti Spiritus subiectorum, ad sustentationem pauperum hospitalium prædictorum, nullis canonicam iustitiam, seu portionem teneamini soluere, & ad id a quoquam coarctari, aliquatenus non possitis, Auctoritate Apostolica uobis præsentium indulgemus. Nos enim omnes excommunicationum, suspensionum, & interdicti sententias, quas in uos, uel uestrum aliquem, seu aliquos, aut in loca, uel hospitalia nostra, siue ipsorum fratres occasione huiusmodi post gratiam huiusmodi uobis factis latas, uel in posterum proferendas, eoipso decernimus irritas, & inanes, & aliquatenus non tenere. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostræ concessionis, & constitutionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorꝫ Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrũ quarto Kal. Aug. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

Hosp. s. Spir. de bonis legat. nulli Prælato portionẽ debet.

Bulla Bon. viii. hosp. s. Spir. concessa.

BONIFATIVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Dilectis filiis Magistro, & fratribus hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe: Salutem, & Apostolicam Benedictionem. In hospitali nostro, quo fęlicis recordationis Innocẽ. Papa. iii. prædecessor noster, nõ solum pro sua, sed prędecessorum, & successorum suorum, & fratrum suorum Episcoporum, Prælatorum, & Diaconorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, tam uiuorum, quam defunctorum salute animarum, ecclesiam, S. Mariæ in Saxia de urbe ex elemosynis eiusdem R. E. solenniter noscitur construxisse (sic faciente misericordiarum patre misericordiæ uacañ. operibus) Quare nos ad exercitium operum deputati, hospitalitatem (per quam nonnulli Deo domino placuerunt, ut & Angelos hospitio recipere mererentur) charitatiue sectantes in eodem hospitali pauperes, & infirmos benigne recipitis unusquisqꝫ opportunitatibus subtrahentes, non solum illis tam uiuentibus, quã deficientibus opportune humanitatis obsequia exhibetis, sed etiam Apostolicę concurreñ. quo ad hos singulis septimanis pluribus diebus indifferenter admittitis, multisqꝫ aliis (quos pudor a publici questu, incerta mendicitate coherceт) elemosinas uberes erogatis, expositosquoqꝫ infantes pietatis amica uoluntate suscipitis, & eis educandis uestris sumptibus personas deputatis idoneas, liberaliter ipsorum uictui necessaria largientes, his itaqꝫ, & aliis bonis operibus (per quæ in eodem Hospitali Sancto afflante Spiritu domino deseruitur) per dilectum filium Magistrum Matheum Sanctæ Mariæ in porticu Diachonum Cardinalem, cui hospitalis eiusdem necnon membrorum, & locorum subiectorum, eidem cura, gubernatio, & rectoria in spiritualibus, & temporalibus per Sedem Apostolicam sunt commissæ diligentius nobis expositis, assertioni suæ non solum fama consentiente, sed laudabili, ac Deo placita facti euidentia concordante consideramus, quod in his scriptis opem congruam impendendo pauperibus, & egenis opitulamur innumeris, quibus per hospitalitatis obseruantiam, & elemosinarum affluentiam pro eodem hospitali subuenitur.

Hospitalitas deo semp placuit.

Hospitale. s. spi. benigne ĩfantes expositos, & pauperes suscipit.

Necnon

Necnon uos magister, & fratres præsentes, & futuri domus eiusdem hospitalis a quorumlibet prælatorum potestate, & iurisditione per sedem Apost. sitis exempti, & eidē ecclesiæ Rom. nullo pertineatis medio, eo saluo q̄ clerici eiusdem ecclesiæ sanctæ Mariæ, debent ex mandato dictæ sedis Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe in Baptismo Letania scrutinio. Nos attendentes tam sancta, q̄ grata Deoq; accepta opera, quæ in hospitali prædicto iugiter exercētur, & cupiētes, ut ad ea efficatius exequēda reddamini operis nostri suffragio aptiores, omnia, & singula Hospitalia, Membra, Ecclesias, Oratoria, Capellas, Domos, & alia ecclesiastica, siue pia loca, ad præfatum Hospitale. S. Spiritus mediate, uel immediate spectañ. præsentia & futura, quæ quidē præsentia in diuersis mundi partibus consistentia, propriis duximus exprimenda uocabulis, uidelicet in Regno Siciliæ. S. Spiritus de Diano, &. S. Laurētii extra Dianū, S. Mariæ de Campo Damese. S. Quirici, &. S. Spiritus de Claromonte, Ecclesias in diocesim Caputaqueñ. ecclesiam. S. Apostolorum Philippi, & Iacobi in ciuitate Marsie, hospitale. S. Spiritus cum capella, hospitale. S. Spiritus de Asculo cum capella, hospitale. S. spiritus de Aquilla cum oratorio, hospitale. S. Spiritus de Adria cum oratorio, & Ecclesiam. S. Claudii de Teramo de ciuitate Penneñ. de Theate, & de Piscaria, hospitalia cum oratoriis eorundem, &. S. Mariæ de Taslete, &. s. Quirici de Laurētio ecclesias Teatiñ. & Penneñ. diocesis, in diocesim Marsicañ. s. Nicolaii, &. s. Ruffini de Ferrato, hospitalia. s. Leonardi, &. s. Lirici de Pissina. s. Honofrii de Paterno, s. Leonardi de Valle Tergiu. s. Petri de Pazañ. Ecclesias in diocesis Valueñ. Ecclesiam. s. Spiritus Vltrauillam in Campania, hospitale. s. Spiritus de Anagnia cum capella, Ecclesiam. s. Egidii. de Rapello Tusculaneñ. diocesis, Ecclesiam. s. Nicolai de Tybure Neresineñ. diocesis. s. Ihdonnei. s. Leonardi de septem ueris. s. Andreæ de Castro portiani. s. Helie de Castro. s. Heliæ &. s. Andreæ de Insulas, ecclesias in diocesim Sutrium in Castro. s. Pupæ. s. Mariæ &. s. Blasii Ecclesias cum oratoriis. s. Mariæ de Flora in ciuitate & dio. ciuitatis Castellañ. s. Angeli. s. Ypoliti, &. s. Leonardi pontis grādinati, & de Turasce, Ecclesias in ciuitate Ortañ. ecclesiam. s. Blasii cum capellis dependeñ. ab eadem in ciuitate & diocesim Narineñ. ecclesiam. s. Ioānis, & ecclesiam s. Ioannis de Vtriculo, hospitale. s. spiritus de Viterbio, hospitale. s. spiritus de Corneto in dioc. Vlseneñ. hospitale. s. Spiritus de Casulis in dio. Aretineñ. hospitale s. Spiritus de Quirico, hospitale, s. Spiritus de Florentia cū oratoriis suis in ducatu Spoletañ. ecclesiam. s. Conradi in Marchia Anconitañ. hospitale. s. spiritus de Escu lo in capella in castro offide. s. Iacobi, &. s. Euthicii, ecclesias in patriarchatu Aquilegieñ. hospitale. s. Spiritus cum ecclesia de Collibus clemone in Burgūdia. s. spiritus de Diuione de Dole de Vvrnodoro, de Varro, de sancta seuera, de Bismutino, de Nouo sore, de Fimento, de Calci, de Nouocastro, de Tullo, & de Vallicolore, hospitalia cum eorum capellis in Regno Alemaniæ, de Steffelt, de Vvnupina, de Vienneñ. de Comidia, de Menuci, de Craconia, &. s. Spiritus de Stetuna, hospitalia cum capellis & ecclesiis eorundem in Anglia, ecclesiam omnium sanctorū Vvoritelt. cum capellis dependeñ. ab eadem Londoniceñ. dioc. in prouincia Narboneñ. s. spiritus de Montepessulano. s. spiritus Fontis Londoue, &. s. spiritus de clapo Malatalha, Hospitalia cū capellis subiectis & dependeñ. ab eisdem in prouincia Anxitañ. s. spiritus iuxta sanctam Seueram. s. spiritus de Malburgheto, &. s. spiritus de Pardunaco, hospitalia cum capellis eorundem in prouincia Burdegaleñ. de Brageriaco, de ponte Bonone, & de sancta Fide, Hospitalia cum capellis eorūdem in prouincia Bituriceñ. s. spiritus

Magister & frēs hosp. a quorūlibet prælatorū potestate sunt exempti.

Hospitalia, siue pia loca ad hos. s. Spiri^{t} spectañ

In Hispania, in Prouincia Terraconeñ hos. Iller deñ.

de Confluento, s. spiritus de Amiliano, Hospitalia cum oratoriis, & subiectis capellis eorundẽ, in prouincia Arelateñ. s. spiritus Auraficeñ. & s. spiritus de Boazone Aquẽ. Hospitalia cum oratoriis, & capellis subiectis eisdẽ in prouincia Arelaten. s. spiritus de Argentaria Vinarieñ dioc. cum oratorio suo. in prouincia Terraconeñ. hospitale s. spiritus Illerdeñ. cum oratorio suo. in prouincia Toletaneñ. s. spiritus Segobieñ. de. s. Stephano, de Soria, de Valisterra, de Valtra, & de Iaemia, Hospitalia cũ ecclesiis & capellis subiectis eisdem ab omni iurisdictione, potestate, auctoritate, & dominio quorumlibet ordinariorum & aliarum ecclesiasticarum personarum rotaliter, & perpetuo ex certa scientia prorsus eximimus, & liberamus, ac in ius, & proprietatem Beati petri suscipimus, statuentes, ut Hospitalia, Membra, Ecclesias, Oratoria, Capellas, domos, & alia ecclesiastica, siue pia loca prędicta, uel eorũ aliquod(utpote prorsus exempta) nullus prædictorum ordinariorum, uel ecclesiasticarum personarum interdicere, suspendere, uel excommunicare ualeat, seu quocunq; modo alias in ea, & ipsorum personas, potestatem, uel iurisdictionem aliquam exercere decernentes irritum, et inane si secus super his a quoq̃ contigerit attentari, per pręmissa uero Cardinali præfato, & aliis Cardinalibus, qui pro tempore auctoritate apostolica hospitali memorato pręfuerint, nullum uolumus præiudicium generari, ꝙ ad ea, quę ipsis eadẽ auctoritate concessa sunt, uel in posterum concederentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, protectionis, et constitutionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit indignationẽ Omnipotẽtis Dei, ac Beatoꝝ Petri, et Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurũ. Datũ Ananiæ Quinto kal. Augusti. Pont. nostri Anno primo.

In puintia Toletañ. hos. Segobiẽ. de Soria. Iaem.

Bulla Bon. viii. hosp. s. Spir. concessa.

BONIFATIVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Dilectis filiis magistro, et fratribus hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de vrbe, Salutem, et Apostolicam benedictionem, Sollicitudinem vestrã circa opera charitatis intentam dignis in domino laudibus commendantes, illis petitionibus, quas ecclesiæ Romanæ pro cõtinuis arduis huiusmodi operibus interdum porrigitis libenter, exauditionis ianuam aperimus. Hinc est, ꝙ nos uestris supplicationibus inclinati, ad instar fœlicis recordatiõis Alexãdri pape. iiii. prędecessoris nostri, uobis authoritate pręsentium indulgemus de blado, Vino, Lectis, Pannis, & Animalibus, quæ fideles Christi uobis ad usus pauperũ hospitalis nostri pro animarũ suaꝝ remedio in ultima uoluntate relinquuntur, nulli teneamini canonicam portionem, seu iustitiam exhibere. districtius inhibeñ. ne quis a uobis prętextu petitiõis huiusmodi de præmissis aliquid exigere, uel extorquere pręsumat, ac etiam decerneñ excõmunicationis, suspeñ et interdicti sententias, si quas in uos, uel aliquem uestrum, & occasione contra tenorem præsentis indulgere ferri contigerit irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, decreti, concessionis, indulti, extensionis, ampliationis, statuti, ordinationis, præcepti mãdati uoluntatis, & constitutionis infringere, uel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis dei, ac beatoꝝ Petri et Pauli apostoloꝝ eius, se nouerit incursurũ. Datũ Romæ apud. S. Petrum. x. Cal. Decembris Pontificatus nostri Anno tertio.

De exceptione eorum quæ hospi. relinquuntur.

BONIFATIVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM

His, quæ pro ecclesiarum, et monasteriorum ac hospitalium, necnon personarum ecclesiasticarum, & presertim sub regulari uacantium studio piæ uitæ utilitatibus prouide acta sunt, ut illibata consistant, libenter adiicimus apostolici muniminis firmitatē. Exibita siquidem nobis pro parte dilectorum filiorum magistri fratris Ioannis de Malotiis de urbe, & fratrum hospitalis sancti spiritus in Saxia de urbe prædicta nobis, & Romanæ ecclesiæ immediate subiecti petitio continebat, q̄ dudum fœlicis recordationis Celestinus papa. v. prædecessor noster ipsis authoritate apostolica ut de donis ipsis, & hospitalibus, seu domibus eidem hospitali subiectis a Christifidelibus ad sustentationem pauperum dictorum hospitalium legatis intuitu pietatis nullam canonicam iustitiam, seu portionem soluere tenerentur, nec ad id a quoquam coarctari possent, gratiose duxit indulgendū, prout in eiusdem prædictis literis inde confectis (quarum tenorem præsentibus inseri fecimus) plenius continetur. Quare pro parte magistri, & fratrum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut huiusmodi literis, & in eis contentis robur apostolicæ confirmationis adiicere de benignitate apostolica dignaremur. NOS igitur huiusmodi supplicationibus inclinati prædictas literas, ac omnia, & singula in eis contenta, rata habentes, & grata, illa authoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cōmunimus. Tenor uero dictarum literarum talis est.

Petitio p̄ parte Magistri hos. s. spir. Bon. Pont. max. exhibita.

Tenor literaꝝ p̄ Celest. v. hos. cōcessarum.

BONIFATIVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Dilectis filiis, Magistro, & fratribus hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de urbe. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Meritis uestræ deuotionis inducimur, ut uos prosequamur gratia, quæ uestris necessitatibus esse dignoscitur opportuna. Hinc est, q̄ uestris supplicationibus annuentes, ut de usuris, rapinis, incendiis, preter ecclesiarum incendia, damnis datis, & alio quocunq; nomine, titulo, uel modo male, uel illicite acquisitis, (si nescitur quibus ecclesiis, uel personis debeant restitui) possitis licite componere cum habentibus de prędictis male ablatis, & incertis ita q̄, ad restitutionem aliam de residuo minime teneantur. ¶ Et oīa uota cōmutare possitis, & ab aliis uotis ligatos absoluere, Hierosolimitañ dumtaxat excepto. ¶ Et de iuramentis temere attentatis. De laboribus, & transgressionibus diebus dominicis & festiuis. De officio, & horis canonicis a clericis indebite prætermissis. De offensione patrum, & matrum sine iniectione manuum uiolentarum. De peccatis oblitis. De oppressione paruulorum. De homicidiis. De penitentiis redimendis, seu commutandis ab eorum sacerdotibus impositis. De peccatis omnibus, unde peccatores confessi fuerint, uel ad præsens uoluerint confiteri. ¶ Necnon a quibuscunq; legatis ad hospitalia eadem debitis uel aľs indistincte ad pios usus relictis dictis Magistro, & Fratribus, uel eorum nuntiis authoritatem plenissimam absoluendi de prædictis duximus

Confessionale apostolicum.

Compositio de vsuris, rapin. &c.

Cōmutatio votoꝝ.

De trāsgressione festoꝝ.

De horis canon. prætermissis.

De offensiõe patrū & matr.

De oppressione paruulorū.

De homicidiis.

morum fauorabiliter eis concedatis. ¶ Et uos Abbates, Priores, exempti & non exẽpti, similiter & presbiteri ac omnes alii, dictos fratres, uel eorũ nuncios in uestris domibus recipiatis, & eisdem ob reuerentiam & honorem sancti Spiritus, & nostræ apostolicæ sedis transeundo necessaria ministretis. Vosq; Decani, Presbiteri, Curati, & alii etiam animarum rectores, dictos fratres & eorum nuntios in ecclesiis & locis uestris benigne admittatis, ipsosq; permitteñ. in uestris ecclesiis prędicare populo in loco ubi uerbum dei prędicatur, ut ad opus dictorum Magistri, Commendatorum, Fratrum, Christi pauperum, & infirmorum ordinis sancti Spiritus in Saxia de urbe Romañ. uel eorum nuntiorum elemosinas quærere, & in dicto ordine confratrias facere possint eos expectantes expectatione pacifica infra missarum solemnia, nec ad diuina officia procedatis donec, & quousq; negotium prędictorum Magistri, & Commendatorum, & fratrum, fuerit diligenter & finaliter expeditum, atq; consummatũ.

Q̃do nuntii, & frẽs hos. debeãt elemosinas quærere.

Nos enim de omnipotentis dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli apostolorũ eius authoritate confisi, omnibus benefactoribus dictorum fratrum nostrorum seu pauperum infirmorum nostri hospitalis generalis sancti Spiritus in Saxia de urbe Romañ. uere penitentibus & confessis, qui infra annum post declarationem nostrarũ indulgentiarum ueri peniteñ. & confessi fuerint. pro nostris Indulgentiis acquirendis, in festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, uidelicet Natiuitatis, Circuncisionis Apparitionis, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, & beatæ Mariæ uirginis, uidelicet. Natiuitatis, Purificationis, Annunciationis, & Assumptionis, per singulos dictarũ festiuitatum tres annos, & tres quadragenas eisdem fratribus de penitentiis sib iniunctis Duximus indulgendum. & per octauas dictarum festiuitatum singulis diebus unum annum & quadraginta dies, & per omnes dies ueneris totius anni ob reuerentiam passionis domini nostri Iesu Christi annum unum & quadraginta dies. Si quis uero catholicus dictis fratribus, uel pauperibus infirmis, secundũ quantitatẽ substantiæ & qualitatem criminis de bonis suis dederit, seu transmiserit ad sustentationem dictorum fratrum seu pauperum infirmorũ pro predictis nostris indulgentiis acquirendis.

De indulg. in festis solẽnibus p totũ annum,

¶ Si infra annum, & in capite anni uere penitens & confessus moriatur seu in mortis articulo toties quoties fuerit constitutus, uolumus & de gratia speciali concedimus, q; ab omnibus peccatis suis authoritate nostra Apostolica permaneat absolutus plenarie a pena & culpa, non obstañ. quibuscunq; constitutionibus in cõtrarium de indulgentiis, & abusionibus factis contra quoscunq;, quia hi nostri fratres non abutuntur nec sunt quæstores, immo ueri religiosi approbati, & per sanctã sedẽ apostolicam exempti. Sacerdotibus uero, & clericis tam uiris religiosis q̃ mulieribus dictum negotium diligenter tractantibus & de bonis suis elargientibus. Quicquid in diuinis officiis, & horis canonicis, per defectum librorum, seu per ignorantiam, negligentiam, aut debilitatem corporis dicere omiserint, in domino misericorditer relaxamus.

Absolutio plen. a pena & culpa.

Vos quoq; Curati, & alii rectoris ecclesiarum, moneatis & conuocetis omnes, & singulos parrochianos uestros utriusq; sexus etatem habentes de domo in domum, quatenus ipsi ad ecclesiam ueniant sub excõmunicationis pena diebus, & horis feriatis & non feriatis, de quibus a latore prẹsentiũ fueritis requisiti, uolumus, & prẹcipimus, q; cum dicti Magistri, & cõmendatores, fratres uel eorum nuntii. Ad aliquas ecclesias interdictas aduenerint quod in eorũ iocundo aduẽtu ecclesiæ aperiantur, & ianuis apertis diuina officia ibidem celebrentur, & campane pulsentur, & ẽt corpora mortuorum tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, nisi excommunicati, aut inter-

Curati & Rectores ecclesiarũ parochianos suos in aduẽtu Nunt. conuocare debẽt.

dicti fuerint. Et de gratia speciali uolumus, & mandamus, quod si cõfratres nostri hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de urbe, & membrorum eius, qui in libro confratriæ supradictæ forte fuerint inuenti specifice nominati & inscripti, inibi de præsenti quilibet tradatur ecclesiasticæ sepulturæ, & etiam si locus fuerit interdictus, & sub excommunicationis pœna quam in nostris præsentibus literis ferimus in his scriptis, nisi excommunicati fuerint, uel publici usurarii. Adhuc etiam in participatione Stationũ, Dedicationis sanctæ Romanæ ecclesiæ & Peregrinationis terræ sanctæ omnes benefactores uiuos & mortuos facimus participes, & consortes in eternum. Quicũque autem mandatis nostris extiterint contemptores, rebelles & inobedientes, aut perturbatores in aliquo, contra eos excommunicationis sententiam proferatis, & faciatis usque ad satisfactionẽ condignam inuiolabiliter obseruari. Datũ Romæ apud sanctũ Petrum, Quintodecimo Kalen. Februarii. Pontificatus nostri Anno octauo.

Bñfactores hos. fiũt participes stationũ. E. Ro. & terræ sanctæ.

Excõmunicãtur cõtẽptores mãd. apost.

Bulla cõseruatoria Greg. Pont. max. in fauorem hos. concessa.

GREGORIVS EPISCOP.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

VEenerabilibus Fratribus Aquilegiensis & Magalonensis Episcopis, ac dilecto filio Abbati monasterii sancti Petri de urbe, Salutem & Apostolicam benedictionem. Militanti ecclesiæ (licet immeriti) disponente domino præsidentes, circa statutum ecclesiarum, monasteriorum, & hospitalium, omni solertia reddamur indefessi solliciti, ut iuxta debitum pastoralis officii eorum occuramus dispendiis, & profectibus diuina cooperante clementia salubriter intendamus. Sane dilectorum filiorũ Præceptoris, & fratrum hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de urbe, & eius membrorum conquestione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, aliique ecclesiarum, & monasteriorum Prælati, & clerici, ac personæ ecclesiasticæ, tam religiosæ quam etiam seculares. Necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laici, Cõmunia ciuitatũ, Vniuersitatum, oppidorũ, Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, & aliæ singulares personæ, ciuitatum, & diocesum aut aliarũ partium diuersarũ occuparunt, & occupari fecerunt Castra, Villas, Casalia, & alia loca, ecclesias, Cappellas, Hospitalia, Grangias, Decimas, Terras, Domos, Possessiones, Iura, & Iurisdictiões, necnõ Fructus Redditus, Cẽsus, & Prouẽtus dicti hospitalis, & nonnulla alia iura bona mobilia, & immobilia, spiritualia, & temporalia ad præceptorẽ, fratres, & hospitale predic. spectañ & pertineñ. & ea detinẽt indebite occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium, consilium, fauorem, nonnulli etiam ciuitatis, & diocesis, & partium prædictarum, qui nomen domini in uanũ recipere non formidant, eisdem Præceptori, & fratribus super prædictis castris, uillis, & locis, aliis terris, domibus & possessionibus, iuribus, & iurisdictionibus, fructibus, redditibus, cẽsibus, & prouentibus, eorundem, & quibuscunque aliis bonis, mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, & aliis bonis ad eosdem præceptorem, & fratres, & hospitalia spectantibus multiplices molestias, & iniurias inferunt, & iacturas. Quare dicti præceptor, & fratres, nobis humiliter supplicarunt, ut cum eisdem ualde reddatur difficile pro singulis querellis ad sedem apostolicam habere recursũ, prouidere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. NOS IGITVR aduersus occupatores, detentores, molestatores, et inquietatores hmõi, illo uolentes eisdem preceptori et fratribus remedio subuenire, per quod ipsorum compescatur temeritas,

Petitio pceptoris

& aliis

& aliis aditus cōmittendi similia precludatur, discretioni uestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus uos, uel duo, aut unus uestrum per uos, uel alium, seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis conseruatores, & iudices, preceptis preceptoris, & fratribus, efficaci defensionis presidio assistentes) non permittatis eosdem super his, & quibuslibet aliis bonis, & iuribus ad preceptorem, fratres, & hospitalia predictis spectañ ab eisdem, uel quibusuis aliis indebite molestari, uel eis grauamina, seu damna & iniurias irrogari facturi ipsis qui cum ab eis uel aliquibus eorum seu procuratori, uel procuratoribus eorundem fueritis requisiti, de predictis, & aliis personis quibuslibet super institutione Ecclesiarum, Capellarum, Hospitalium, Grangiarum, Castrorum, Villarum, Casalium, Terrarum, Domorum, Possessionum, Iurisdictionum, Iurium & Bonorum mobilium & Immobilium, Reddituum quoq; & Prouentuum & aliorum quorumcunq; bonorum, Nec non de quibuscunq; oneribus, molestiis & damnis presentibus & futuris, in illis uidelicet, quæ iudicialem requirerent indaginem summarie simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicii, in aliis uero prout qualitas eorum exigerit iustitiæ cōplementum, occupatores seu detentores, molestatores, presūptores & iniuriatores huiusmodi, necnon cōtradictores quoslibet & rebelles cuiuscunq; status, gradus, ordinis uel conditionis extiterint, quandocunq; & quotiescūq; expedierit, authoritate Apostolica (appellatione postposita) compescendo inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis, non obstantibus fe. re. Bo. Papæ. viii. predecessoris nostri, in quibus cauetur, ne quis extra suam dioc. ad iudicium euocetur, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ diocesis, seu ne iudices a sede apostolica predicta deputati extra ciuitatem, & diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscunq; procedere, siue alii uel alii uices suas cōmittere aut aliquis ultra unam dietam a fine diocesis eorum trahere presumat seu tam de aliis quam manifestis iniuriis & molestiis & aliis (quæ iudiciale examen exigunt) pœnis in eos si secus egerint, etiā id promittentes adiectis conseruatores se nullatenus intromittant, & tam de duabus dietis in cōcilio generali dūmodo ultra tertiā uel quartā dietam aliquis extra suā ciuitatem & diocesim authoritate presentium non trahatur ad iudicium, quam aliis quibuscunq; cōstitutionibus a predecessoribus nostris Rom. pontif. de iudicibus delegatis & conseruatoribus personis ultra certum numerum ad iudiciū non uocañ. & aliis æditis, qui nostre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati, eiusq; libero exercitio quomodolibet obuiare, seu si cōmuniter uel diuisim aliquibus ab apostolica sit sede indultū, q; excōmunicari, suspendi, uel interdici, seu extra uel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dictę sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscunq; tenoris existat, per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri ualeat quomodolibet uel differri, & de qua cuiusq; toto tenore habenda sit in nostris literis mētio specialis. Ceterū uolumus, & auctoritate apostolica decernimus, q; quilibet uestrū prosequi ualeat, ac titulū etiā per unū inchoatū quāuis idē inchoans nullo fuerit impedimēto canonico impeditus, quodq; a data presentiū sit uobis, & unicuiq; in premissis omnibus, cæptis & nō cæptis, pñtibus & futuris, perpetua potestas, & iurisdictio attributa, ut eo uigore, eaq; firmitate possitis in premissis oībus & singulis cæptis & nō cæptis, pñtibus & futuris & pro predictis pcedere, ac si predicta oīa & singula corā nobis cæ

Cauetur ne Preceptor & Fratres Hospi. indebite molestentur

Constitutiones Bo. Papæ viii.

pta fuissent, & iurisdictio uestra & cuiuslibet uestrũ in prędictis omnibus & singulis per citationẽ uel modũ aliũ perpetua legitima extitisset. Cõstitutioñ. prędicta super conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium ædita non obst. pñtibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Dat. Auinione Quarto Idus Aprilis Anno tertio.

Bulla Vrb. Põt. Max.

VRBANVS EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

VNiuersis Christifidelibus, ad quos pręsentes literæ peruenerint, Salutẽ et apostolicam benedictionem. Militanti ecclesiæ (licet immeriti) disponente domino pręsidentes, circa statum ecclesiarum, monasteriorum, & hospitalium, omni solertia reddamur indefesse solliciti. Si iuxta sententiam Sapientis inter tempus seminandi decernimus, & metendi seminare debemus in terris, ut multiplicato fructu recolligere ualeamus in cælis, facientes nobis de mãmona iniquitatis amicos, qui cum defecerimus in æterna tabernacula nos admittant. sic enim thesaurizemus nobis thesauros in Cælis, ubi fures non effodiunt, nec furantur, sic terrena in cælestia, & transitoria in æterna fælici commertio commutemus. licet autem indigentibus uniuersis uiscera charitatis aperire teneamur, illis tamen specialius, & abundantius quodammodo liberalitatis gratiam exhibere, qui cum sint pauperes spiritu, sponte subeunt onera paupertatis, ut possint pauperibus copiosius subuenire, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes, penuriã pati & abundare didicerunt, ut abundañ. pauperibus sibi egerent, & in se aliorum egestatem assumerẽt, & indigẽtibus liberalius administrarẽt hospitibus & egenis. hoc uero quamuis multi laudabiliter exequantur, illi tamen student laudabilius adimplere, qui hospitalitati uacãtes, non solũ recipiũt hospites, sed attrahunt illud propheticũ exequeñ. Frãge esurienti panem tuũ, & egenos uagos duc in domũ tuã. cũ uideris nudũ cooperi eũ, & carnẽ tuã ne despexeris. Hi enim fratres nostri hospitalis generalis sancti Spiritus in Saxia de urbe & membrorũ eius, & pascunt esurientes, sitientes potant, recolligunt pauperes egenos, nudos uestiunt, & non solũ infirmos uisitant, sed in se eorũ infirmitatẽ assumũt, & ministrant in carcere positis, & in infirmitate participãt, cõmunicãt in sepulturis defunctorũ, pauperes infirmos nutriũt, et omnia exequũtur propter quæ dominus deus in ultimo districtionis examine remuneraturũ se, bonos, et malos asserit puniturũ. Cum igitur dilecti filii nostri Magister, et Fratres, et Cõmendatores nostri hospitalis generalis. s. Spiritus in Saxia de urbe & membrorum eius ad hoc totis uisceribus elaborent, & undecunq; confluẽtiũ egenorũ, pariter & egrorũ necessitatibus, nec nõ & pauperũ se exponunt ¶ Vniuersitatẽ uestrã monemus & hortamur in domino, & in remissionẽ iniungimus peccatorũ, quatenus cooperatores sitis operũ pietatis, accedentes ad uos dicti filii nostri Magister, Fratres & cõmendatores Hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de urbe & membrorũ eius uel eorũ Nuntii seu procuratores, benigne recipere & eos honeste tractare curetis & ob reuerentiã illius luminis claritatis, qui totũ mundũ illuminat, & nostræ sedis apostolicæ eius gratuita subsidia & pias elemosinas cõferatis, ut quod pauperibus contuleritis in terris, uobis per manus pauperũ thesaurizetis cũ apostolis in cælis. ¶ NOS enim de omnipotentis dei misericordia, & beatorũ Petri & Pauli apostolorũ auctoritate cõfisi, omnibus benefactoribus hospitalis nostri generalis. s. Spiritus in Saxia de urbe, & membrorũ eiusdẽ concedimus, ut ipsorũ quilibet discretũ cofessorẽ sæcularẽ uel regularẽ, curatũ uel nõ curatũ eligere possit, qui de omnibus

Eccl. c. iii. A.
Luc. c. xvi. C.
Math. c. vi. C.
ii. Cor. c. vi. B.
Esaiæ. c. lviii. C.
Pietas ad oĩa utilis est.
Math. c. xxv. D.
Ioan. c. i. & viii.

peccatis

De electione cōfeſſoris.

peccatis ſuis, & caſibus(et ſedi apoſtol. reſeruatis)eos abſoluere, &diſpēſare ualeat, & ſibi iniungere penitentiā ſalutarē dumtaxat ſemel in uita. ¶ Et etiā uolumus, & de gratia ſpeciali cōcedimus omnibus cōfratribus noſtræ cōfratriæ hoſpitalis noſtri .s. Spiritus in Saxia de urbe, & membrorū eius in libro ſcriptis uere pænitentibus, & cōfeſſis & corde contritis in mortis articulo, ꝙ de peccatis ſuis auctoritate noſtra Apoſtolica permaneant abſoluti, tam a pena q̄ a culpa, dando quilibet in introitu ſā-

Pleniſſima abſolutio.

ctæ cōfratriæ triginta denarios turoneñ. argenti tātummodo uno ſemel exſoluēdos & ſucceſſiue anno quolibet unū denariū turoneñ. argenti. Etiā uolumus, ꝙ ſi quanti-tates ſuperius deſignatæ & ordinatæ nimis opprimerent. ¶ Quod dicti Fratres, Magiſtri, Cōmendatores, aut alii fratres, ſeu eorū nuntii hoſpitalis noſtri .s. Spiritus in ſaxia de urbe, & membroꝝ eiuſdē. Rearbitrari ualeant, & reducere ſecundū facul-tates, &qualitates perſonarū prout eis melius uidebitur poteſtate eis data a religione dicti ordinis ſancti Spiritus, ut recipere poſſint oīa bona pro ſanctiſſima noſtra con-fratria Blada, Pannos, ueſtimenta, Aurū, Argentū, etiā Iocalia. Volumus etiā, & or-dinamus. ꝙ una pars elemoſinarū omniū dictæ ſanctæ noſtræ cōfratriæ & omniū be-nefactorū aliorū detur, &diſtribuatur in reparatione noſtri hoſpitalis ſancti Spiritus in Saxia de urbe, &membrorū eiuſdē, ubi magis uidebitur expediri. Alia pars diſtri-buatur Chriſtianis militantibus, et pugnantibus contra Sarracenos inimicos fidei Catholicæ pro defenſione terræ ſanctæ et chriſtianorū. & eis dare, & traddere literā, ſeu literas teſtimoniales cū ſigillo dicti ordinis impendeñ. & de his noſtris indulgē-tiis ualeant ubiq; gaudere. ¶ Etiā uolumus, & mandamus in uirtute ſanctæ obedi-entiæ & ſub excōmunicationis pęna (quam nos ferimus in his ſcriptis) ꝙ cum dicti fratres, Magiſtri & Cōmendatores hoſpitalis ſancti Spiritus in Saxia de urbe, &mē-broꝝ eius, ſeu procuratores uel eorū nuntii, ad aliquas ciuitates ſeu uillas uenerint, aut loca ubi religioſi uel alii permanſerint cuiuſcunq; gradus, ordinis uel conditionis exiſtant, tam exempti, q̄ non exempti, dum a dictis fratribus hoſpitalis noſtri ſancti Spiritus in Saxia de urbe, & membrorū eiuſdem, uel eorū procuratoribus, ſeu nuntiis erunt requiſiti pro declaratione, & publicatione noſtrarū indulgentiarū, ubicunq; fuerint (ſine licentia petita, & non obtenta a ſuis prelatis, uel maioribus) ualeant, & poſſint prędicare, & exponere ubicunq;. ¶ Impediētes uero, per ſe uel aliū ſeu alios huiuſmodi negotiū, directe, uel indirecte, publice uel occulte, maioris excōmunicatio nis ſententia innodamus quā ipſos incurrere uolumus ipſo facto, quorū abſolutionē nobis, uel noſtris ſuceſſoribus reſeruamus. ¶ Mandamus etiam, ꝙ in illa die ceſſet omnes prędicatores tam religioſorū, q̄ non religioſorum cuiuſcunq; gradus, ordinis, conditionis exiſtant. ¶ Etiam uolumus, & de ſpeciali gratia concedimus in parti-cipatione indulgentiarum Romę, que ſunt a pena & culpa Quinquagenarie omnibus benefactoribus, & confratribus, dando uel faciendo confratriæ noſtræ hoſpitalis. S. Spiritus in Saxia de urbe, et membrorū eius elemoſinā deſignatā, auctoritate noſtra apoſtolica a ſpiritu ſancto cum patre et filio, quos in unum locum habemus ligandi atq; ſoluendi, eos participes, et conſortes facimus in eternum. Reuocando tamen de gratia ſpeciali omnia iura, et ordinationes factas in cōtrariū, Nulli ergo omnino ho-minū liceat hāc paginā noſtræ cōceſſionis, et indulgentiæ infringere, uel ei auſu teme rario contraire. Si quis autē hoc attētare pręſumpſerit, indignationē omnipotētis dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum apud Vrbem ueterem Secundo kal. Aprilis. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

De diſtributione elemoſinaꝝ hoſ.

De publ. Indulg.

De participatiōe indulg. Romæ q̄ ſunt a pena & culpa.

Ioan. c. xx. F.

NICOLAVS EPISCOPVS.

Bulla Nic. pont. max.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM

VNiuersis Christifidelibus, Salutem et apostolicam benedictionem. Licet uniuersis indigentibus aperire teneamur uiscera charitatis, illis tamen specialius et abundantius quodammodo liberalitatis gratiam debemus exhibere, qui, cum sint pauperes spiritu, sponte subeunt onera paupertatis, ut pauperibus possint copiosius subuenire. Cum igitur dilecti filii Magister, et Fratres, Hospitalis nostri .s. Spiritus in Saxia de urbe, pro alendis infirmis pauperibus, ac infantibus expositis totis uiribus elaborent, et ad hoc exequendum suæ facultates minime suppetunt, nisi Christi fidelium elemosinis adiuuētur, monemus uniuersitatē uestrā, et hortamur in domino, quatenus cooperatores sitis operum pietatis, cum apostolo sentiente, Quoniam qui parce seminat, parce et metet uitam eternam. NOS enim de omnipotentis dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ac ea, quam nobis dominus indulsit potestate confisi, omnibus et singulis, qui de bonis sibi a deo collatis unum florenum auri papalem (ut Præceptori, Fratribus, Nuntiis, Procuratoribus, seu Cōmissariis uidebitur, et placebit) dicto hospitali contulerint pro sustentatione pauperum infirmorum, et expositorum infantium in dicto hospitali degentium (dummodo de peccatis suis corde contriti fuerint ac ore confessi) omnem penitentiam pro peccatis suis sibi iniunctā in mortis articulo misericorditer relaxamus in domino. ¶ Quodque si forte aliquis eorum prædictam quantitatem dicto hospitali contulerit pro animabus patris et matris, seu aliorū defunctorum, qui in sinceritate fidei, et unitate sanctæ Romanæ ecclesiæ ac obedientia nostra, et successorum nostrorum Romanorum pontificum contritione, atq; confessione integra (si tempus affuerit, et possibilitas confitendi) ab hac uita migrauerit, nos omnibus huiusmodi in Chisto decedentibus de misericordia dei cōfidentes, de qua magis ac magis cōfidimus in celis, quā nominis ipsius auctoritate, relaxamus in terris omnem pænam, quam post lucem huius seculi pro purgādis peccatis pati mererētur, auctoritate prędicta misericorditer in domino relaxamus pariter et indulgemus. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam nostræ concessionis, et indulgentiæ infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare pręsumpserit, indignationē omnipotentis dei, ac beatorū Petri, et Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Viterbii Nonas Augusti, Pontificatus nostri Anno primo.

Math. c. v. A.

ii. Corin. c. ix. B.

Indulg. plen. cōceditur larg. elemosinā hosp.

Liberatio aīarū in purgatorio existen.

NICOLAVS EPISCOPVS.

Alia Nic. bulla.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

VEnerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, et dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiachonis, Prępositis, Archipresbiteris, et aliis ecclesiarum prelatis, curatis, et nō curatis, exemptis, & nō exēptis cuiuscunq; cōditionis existant, quibus pręsentes nostræ literæ peruenerint, salutē, et apost. benedictionem. Cum dilectis filiis Pręceptori, et fratribus hospitalis nostri. s. S. in Saxia de urbe a bo. me. Inno. iii. Honorio. iii. Alexandro. iiii. et deinde a nōnullis aliis Rom.

pontificibus prędecessoribus nostris indultum sit, & a nobis postmodū etiam confirmatum, ut semel in anno recipiatur in ecclesiis ad elemosinas colligendas. Quidam tamen auaritia succensi confratrias suas confratriis illorū eadē die in ipsorū aduentū proponunt, & sic fratres confusi aut nihil aut modicum exinde consequuntur. Quia igitur hoc indecens est, & in cōtemptu dei & Roma. ecclesiæ redūdat, eorundē prędecessorū nostrorū uestigiis inherendo, uniuersitati uestræ per apostolica scripta mādamus firmiter, & districte iniungimus sub pœna priuationis beneficii, & officii in uirtute sanctæ obedientiæ & sub excōmunicationis pœna, quatenus cū fratres prędicti ad loca uestra pro elemosinis colligendis accesserint, eos benigne recipiatis, & honeste tractetis, ipsosq; in ecclesiis uestris admonere populum & elemosinas quęrere permittatis, cōfratrias uestras (quas facere potestis quotidie) cōfratriis ipsorū quę semel in anno fuerit nullatenus proponeñ ne occasione illarum elemosinæ pauperum Christifidelium depereant, & impediantur opera pietatis.

De his q confratrias suas contra fratres hosp. pponūt

¶ Sane quoniam ab eisdē prędecessoribus nostris est statutum, & a nobis etiam innouatum est, ut nemo excōmunicet fratres ipsos, uel eorum ecclesias aut oratoria interdicat. NOS uero sicut Personas Pręceptoris, & successorum suorum prędecessores nostri a iurisdictione, potestate, auctoritate, & dominio quorumlibet ordinariorum, & aliarum ecclesiarum, & personarum eximere procurarunt, sic etiam fratres membrorum hospitalium ab hospitali nostro prędicto, s. Spiritus in Saxia de urbe dependeñ. Ab omni iurisdictione, potestate, auctoritate, & dominio quorumlibet ordinariorum, & aliarū ecclesiasticarū personarū, etiā ad exemplar prędecessorū nostrorum totaliter, & perpetuo, ac ex certa scientia prorsus eximimus, & liberamus omnino, ac eos in protectione beati Petri suscipimus ita, ut nullus interdicti, uel suspensionis aut excōmunicationis sententiam sine speciali mandato sedis apostolicæ (ubi de indulto huiusmodi plenam, & expressam non fecerit mentionem) audeat promulgare pręsentium auctoritate uobis pręcipimus, ut ipsos fratres excōmunicare, aut suspēdere, aut hospitalia eorum, membra, ecclesias, oratoria, cappellas, domus, & alia ecclesiastica, siue pia loca ipsorum interdicere nullatenus pręsumatis, seu quoquomodo alias in ea seu ipsorum personas, uel iurisdictionem aliquam exercere decernentes irritum, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate contigerit attentari.

De exēptione & libertate psonaꝝ hosp. spir.

De parrochianis autem uestris, qui domos uel possessiones eorum inuadunt per uiolentiam, uel insurgunt, aut indebite molestiis opprimunt fratres, uel ipsorum personas, & tam deposita quam res diripiunt eorundem, cum exinde querimoniā deposuerint coram uobis, tā districte eis iustitiam faciatis, & ita iura eorum defendere, & manu tenere curetis, quod ipsi ad nos pro iustitiæ defectu sepe recurrere cogantur, sed nos sollicitudinē, obedientiam uestram debeamus merito cōmendare, Vosq; beneficiorum quæ in sanctis domibus ipsoꝝ fuerint, participes existatis. Preterea liberas, & solutas personas, quæ in domibus ipsorū in sanitate uel infirmitate reddiderint, libere, & sine molestia recipi permittatis ab eisdem fratribus, contra tenorem priuilegiorum apostolicæ sedis, nec ipsos tentetis desuper aliquatenus impedire.

De opprimētib⁹ fratres hosp.

¶ Adhuc pręsentium auctoritate uobis præcipimus, ne ab eisdem Fratribus contra tenorem priuilegiorum Apostolicæ Sedis Decimas de Terris, Vineis, Frugibus, quas ad opus infirmorum, & pauperum propriis manibus, & sumptibus excollunt, siue de nutrimentis animalium, seu de fructibus hortorum ipsorum quicquam exigere, uel extorquere præsumatis. CVM autem oratoria uel cimiteria, secundum quod eis beneficio

priuile-

priuilegiorum ecclesiæ Romanæ concessimus, duxerint construenda, uos Fratres, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, eisdem pro se, & familia sua tantum oratoria dedicare & cimiteria benedicere procuretis, ne aliquis uestrum, contra tenorem priuilegiorum ipsorum illud impendere audeat aliquatenus, aut turbare. De cætero quoque fratres hospitalium, & ordinum ipsorum in uestris Episcopatibus constitutos, qui Crucem & habitum suum deponentes, per illecebras sæculi, & uitiorum abrupta uagantur & illos, qui prioribus suis contumaces existimant, & Baillinas, seu beneficia, & alia officia detinent contra uoluntatem ipsorum, moneatis instanter, & pro officii uestri debito compellatis, ut habitum depositum reassumentes, in obedientia prælatorum suorum deuote, & humiliter perseuerent, & Baillinas, siue beneficia, aut alia officia per uiolentiam nullo modo detinere præsumant. Quicunque autem mandatorum nostrorum extiterint contemptores, excommunicationis sententiam in eos proferatis, quam faciatis usque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum ipsorum post factam in locis professionem fas sit, absque magistri sui licentia inde discedere, nisi arctiori obtenta, discedentem uero absque communium literarum ipsorum cautione nullus penitus audeat retinere. Si qui uero fratrum ipsorum post factam professionem turbatores religionis ipsorum, aut inobedientes, uel inutiles fuerint fortasse inuenti, liceat sibi præceptori, aut successoribus suis, seu etiam prioribus ipsorum cum assensu & consilio partis sanioris amouere, ipsisque dare licentiam ad alium ordinem transeundi, ubi secundum deum uiuere debeant, & loco ipsorum alios subrogandi, qui unius anni spatio in ipsorum societate probentur, quo pacto saniores ipsorum exigerint, & ipsi utiles fuerint ad seruitium hospitalis inuenti, professionem faciant regularem. ¶ Adhuc districtius inhibemus, ut ab ipso Magistro, uel successoribus suis, & fratribus hospitalium ab hospitali nostro dependentium exigat ulla ecclesiastica sæcularisue persona, Homagia, Iuramenta, uel securitates reliquas, quæ a laicis frequentatur. Volumusque, & mandamus, quatenus cum fratres, uel eorum Nuntii dicti ordinis, ad uos accesserint, & ab ipsis fueritis requisiti, literas monitorias fauorabiles & benignas cum uestris moderatis indulgentiis, absque difficultate qualibet ad sustentationem fratrum & pauperum fauorabiliter eisdem concedatis. Apostolica auctoritate quoque ob reuerentiam ipsorum hospitalium statuimus, ut in his scriptis, qui fraternitatem eorum assumpserint, si forsan ecclesiæ ad quas pertinent fuerint interdictæ, ipsosque mori contigerit, sepultura ecclesiastica eis non denegetur, & hoc sub excommunicationis pœna, quam in his literis præsentibus ferimus in his scriptis, nisi excommunicati fuerint nominati, uel etiam publici usurarii. Volumus etiam, ut liceat ipsis confratres suos, quos ecclesiarum prælati apud ecclesias suas maliciose non permiserint sepelire, nisi excommunicati uel etiam nominatim interdicti fuerint aut publici usurarii, ad ecclesias hospitalium ipsorum tumulandos deferre, & oblationes tam pro eis, quam pro aliis, qui in cimiteriis ipsorum requiescunt sine alicuius præiudicio retineri. Ad hoc etiam addito, ut receptores fraternitatis eiusdem, uel etiam collectores, saluo iure dominorum suorum, sub beati Petri & nostra protectione consistant. Cum autem generale interdictum fuerit, liceat ipsis fratribus in ecclesiis ipsorum clausis ianuis, & exclusis excommunicatis nominatim, & interdictis non pulsatis campanis, suppressa uoce communiter fratribus, & sororibus & familiæ ipsorum diuina officia celebrare. Adiicimus insuper, ut si qui eorundem fratrum ad easdem fraternitates missi fuerint, uel collecti in quamlibet Ciuitatem, Oppidum,

De fratribus hos. q crucē & habitū deponūt.

Iuramēta uel homagia, q a laicis frequētāt nemo pōt a mrō hosp. exigere.

De Cōfratribus qui moriūtur t. e interdicti.

castellum uel uicum aduenerint iuxta consuetudinem suam auctoritate apostolica Concessam,&confirmatam,si forte locus iste a diuinis fuerit officiis interdictus,in eo

In aductu Nuntiorum hos.tpe interdicti diuina officia celebrãtur.

rum iocundo aduentu,ecclesiæ aperiantur pro declaratione literarum apostolicarũ, & necessitate pauperum,excommunicatis tamen& interdictis nominatim eiectis, ibi diuina officia celebrentur,ianuis apertis,campanæ pulsentur,& corpora mortuorum ibidem ecclesiasticæ sepulturæ tradantur,remituntur&#rlm;q; eorum peccata oblita, iuxta quod,sedes Apostolica indulsit,& dies illa tanquam dies dominica habeatur,& festũ solemne studeant facere uniuersi,donec negotium fratrum prædictorum diligenter fuerit expeditum,ut supra acquirendis uerbum exhortationis ad populum in ecclesia

Luc.c.xi. F.
Thob.c.iiii. B.
Eccl.c.iii. D.

proponatur.Date igitur elemosinam,ut omnia munda sint uobis,quoniam elemosina a morte liberat,ipsa est, quę purgat peccata,& facit inuenire uitam eternam,quoniam sicut aqua ignem ardentem extinguit, ita elemosina peccato resistit. Vobis antem decanis,Præpositis,Plebanis,prædicatoribus,Capellanis, Curatis, & non Curatis, Exemptis,& non exemptis,præcipimus firmiter,& iniungimus sub pęna prædicta, quatenus,quotiescunq; a prædictis fratribus,& eorũ nunciis fueritis requisiti,literas indulgentiarum,dictum negotium continentes uestris subditis parrochianis explicare permittatis,toties quoties eis placuerit,omnibus aliis quæstis receptis,&recipientibus cessantibus illa die, ubi uerbum dei prædicatur per fratres prædictos, Volumus spetialiter,& districte precipiendo mandamus, ut uos supradicti prælati, ac clerici curã animaꝝ habentes,omnes & singulos,quos & quas dicti fratres,uel eorum nuntii,iuxta priuilegiorum suorũ tenorem duxerint absoluendos,ut etiam uos uiua uoce absolutos esse denuntietis,quoniam sunt auctoritate Apostolica uere absoluti

De priuileg. ministroꝝ hosp. s. Spir.

plenarie, Adhuc etiam uolumus ob reuerẽtiã sancti Spiritus,ut liceat ipsis fratribus in eorum ecclesiis missas,& alia quecunq; diuina officia legere,uel etiam alta uoce celebrare,uel per alios presbiteros idoneos facere celebrari, ac omnibus,& singulis Christifidelibus,& confratribus,pauperibus,infirmis in dictis hospitalibus pro tempore degentibus,ecclesiastica sacramenta ministrare ac eoꝝ,& aliarum quorumcunq; fidelium corpora mortnorum id eligentium, & petentium in cimiteriis, & ecclesiis dictorum fratrum ecclesiasticæ tradi sepulturæ.ac uerbum dei in ecclesiis ipsorum pauperibus ipsis,& infirmis huiusmodi proponere, & proponi facere toties eis uisum fuerit expedire libere & licite ualeant, super hoc licentia alicuius minime requisita.

¶ Cum igitur dicti Præceptor,ac fratres ordinis sancti Spiritus præsentes & futuri de licentia & commissione,ac concessione Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum licite possint prædicare populo,& confessiones audire, & pænitentias salutares iniungere, uel per alios sacerdotes idoneos facere audire in locis ipsorum ordinis uel extra,ubicunq; locorum quoties eis uisum fuerit,pro sustentatione dictorum fratrum,& pauperum,aliorumq; prælatorum,& rectorum ecclesiarũ,&sacerdotũ parrochialium assensu minime requisito. Volumus et per apostolica scripta nobis districte præcipiẽdo mandamus,quatenus singuli uestrũ in ciuitatibus,&diocesibus suis ad receptionem dictorum fratrum seu nuntiorum ipsorum eorundem ciuitatum,

De his qui prędictos perturbãt.

& diocesim per se uel alios inquirẽtes de plano&sine strepitu iuditii super assentione & præsumptione huiusmodi diligentius ueritatẽ omnes magistros doctores,&alios, qui siue in scholis siue in prædicationibus,seu alibi præmissa,& aliquod præmissorũ dicere attentauerint,uel in posterum attentabunt,pro parte nostra monere studeant, ut infra certum terminum ab ipsis præfigendum,eisdem dictum suum in his, publice

reuocent male se dixisse fatentes, illaq; desistant penitus, & retractent, asserendo cõtrarium, & illud etiam fideliter prędicando. Quod si forte monitis eorundem acquiescere in hac parte non curauerint, ex tunc contra eos ad suspensionis, excõmunicationis, & perpetuæ priuationis beneficiorum suorum ecclesiasticorum sentẽtiã, sublato cuiuslibet apellationis impedimento procedant. Laicos de hoc culpabiles, uel fautores huiusmodi pręsumptores animaduersione debita procelleñ. sæcularis brachii ad hoc (si fuerit necesse) auxilio inuocato. NOS VERO nihilominus auctoritate pręsentium inhibemus ne quicquam pręmissa uel aliquod pręmissorum pertinaciter abstruere, uel quomodolibet defensare pręsumat. ¶ Quicunq; uero id pręsumpserit, tãq contumax ecclesiæ Romane, & rebellis ab omnibus Christifidelibus habeatur, contra quem etiam taliter procedimus, q pęna condigna temeritati foret, & alii eius exemplo perterriti a presumptione simili frenabuntur. ¶ Ne autem aliquis ex ignorantia uelamen excusationis assumat, Vobis uniuersis, & singulis districte pręcipimus, ut ad requisitionem dictorum fratrum sancti Spiritus, & eorum nunciorum sancti Spiritus in ciuitatibus, & dioecesi. uestris manẽtibus literas pręsentes, & earum tenores in ecclesiis & sinodis sacris publicetis, & faciatis solemniter publicare. Non obstantibus aliquibus literis, aliquibus personis, uel ordinibus ab Apostolica Sede concessis, quod interdici, suspendi, uel excõmunicari, aut extra suas ciuitates & dioeceses seu loca in causam trahi non possint per literas apostolicas, quæ de indulto huiusmodi plenam, & expressam non fecerint mentionẽ, seu quibuscunq; aliis literis ipsius, per quas effectus pręsentium impediri ualeat, aut differri. ¶ Ad maiorem quoq; uestræ mercedis cumulum, nihilominus uobis mandamus, & pręcipimus, quatenus hanc nostram constitutionem, & nostrum mandatum per parochias uestras nuntiari propriis literis uestris faciatis. ¶ Mandamus quoq; ut si de clericis ecclesiarum uestrarum prędictis hospitalibus, & fratribus cum licentia sui prælati & capituli sui sponte ac grate per annum uel biẽnium decreuerint dccernere, nequaquam impediantur, & interim sua beneficia non amittant. ¶ Vos autem memoratos fratres omni beniuolentia & gratia prosequentes eos tanquam probatos & acceptos Christi ministros habeatis pro diuina & nostra reuerentia perpensius recõmendatos, & ipsos ab iniuriis & molestiis, opportunis pręsidiis contra quoscunq; descendeñ. Ita, q ex hoc uobis & uestris ecclesiis fortius obligemur. per pręmissa uero conseruatori, & aliis conseruatoribus, qui pro tempore auctoritate apostolica hospitali uestro memorato in Saxia de urbe, & aliis hospitalibus ipsius membris pręfuerint nullum uolumus pręiudicium penitus generari quo ad ea quæ ipsis auctoritate nostra apostolica per pręsentes cõcessa sunt, uel per prędecessores concessa, aut in posterum cõcederentur. ¶ Quicunq; autem mandatorum nostrorum extiterint contẽptores, rebelles, inobediẽtes, aut perturbatores in aliquo, excõmunicationis sentẽtiã proferatis, quam faciatis usq; ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. ¶ Postremo decimas, quas consilio & assensu ipsorum a clericis uel laicis potuerint illi obtinere, illasq; consentientibus dioecesanis, Episcopis, & Clericis (ad quos pertinent) acquirentur auctoritate nostra apostolica confirmamus, & pręsentis scripti patrocinio communicamus. NVLLI ergo omnino hominum liceat prędicta loca sancti Spiritus perturbare temere, aut eorum possessiones auferre, uel ablatas retinere minuere, seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integre conseruentur eorũ pro quorũ gubernatione & substentatione cõcessa sunt usibus omnimodis profutura

De pœnis & cẽsuris inobedientium.

De solemni publicatione literarum Apostolicarum.

De cõmẽdatiõe Ministrorũ Hospitalis.

Maxima & humilis pietas erga Hospitale.

decętero successores nostros obsecramus, & attestamur in Christo Iesu domino nostro, qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos, ut locum prędictũ in Saxia de urbe cũ suis membris, personis, & rebus mobilibus, & stabilibus ad hospitalitatis officiũ deputatis tanquam speciales perinde specialiter faueant, & defendant a cunctis perturbationibus. quia si cæteris teneamur ex apostolico seruitutis officio prouidere, huic tamen hospitali nostro in Saxia de urbe, quod bonis ecclesiæ Romanæ fundatũ, & dotatũ extitit, & tam nostris, q̃ successorum nostrorum diebus credimus ampliañ. curam debemus impendere specialem. Si qua igitur ecclesiastica sæcularisue persona huius constitutionis, inhibitionis, & exemptionis paginã sciens & contra eam uenire temere tentauerit, secundo, tertio ue Canonica monitione pręmissa, nisi reatum suũ cõgrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui careat dignitate, reumq; se diuino officio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine dei & domini redẽptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districte subiaceat ultioni. cunctis autem eis, præfatis locis & hospitalibus sua iura obseruantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, qui & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtũ iudiciũ prẽmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Idus Martii Pontificatus nostri Anno secũdo.

Maledictio in rebelles

Pax autẽ & Benedictio obedientibus.

Bulla Calixti Papæ.

CALIXTVS EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM

ETsi deceat nos ex paternæ charitatis officio, quod uniuersæ familiæ domus (meritis licet insufficientibus) simus dispensatores effecti, Sic de singulis ipsius familiæ partibus, & maxime de hospitalibus, & aliis piis locis cogitare, ut fęliciter regantur, inter cætera igitur hospitalia & alia pia loca, hospitale nostrũ sãcti Spiritus in Saxia de urbe ex eo pręcipua charitate diligimus, ac spetialis fauoris ubere cõfouemus, quod ad Romanam ecclesiam nullo medio noscit pertinere. quod q; non solum ipsius, sed etiam membrorum suorum bona in usus, & ad necessitates infirmorũ & pauperum iugiter conuertantur, ac alias in hospitali prędicto laudabilius cõtinuis studiis, & operibus pietatis intẽdere, circa pauperes ex diuersis mũdi partibus continuo peruenientes, ac etiam infantes expositos, qui, si in illo non reciperentur, ac diligentius imitterentur, certe multi in huiusmodi, ac miserabilius deperirent. QVAMOBREM dignum fore cognouimus, & rationi consonum arbitramur, ut hospitale & membra prętata, prerogatiua fauoris & gratiæ prosequi studeatis, ut omnes, & singulas literas apostolicas, priuilegia, & indulta eidem hospitali, eiusq; membris per nonnullos Romanos pontifices prędecessores nostros concessa, ut firma, & illibata persistãt pręsentibus de uerbo ad uerbũ inseri fecimus, quæ sũt Tenoris subsequẽtis.

Sequitur Tenor Priuile. Hospi. S. Spũs.

CALIXTVS EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ET si cunctorum piorum locorum indemnitatibus libenter intendimus, nostro tamen Hopitali sancti Spiritus in Saxia de urbe ordinis sancti Augustini, in

quo

quo non solum pauperes, & infirmi recipiuntur, & consolantur, infantesq; impositi nutriuntur, & educantur, sed etiam plura alia pietatis, & nostræ opera incessáter fiüt eo frequentius tenemur, & inducimur, quo illud de bonis Romanæ ecclesiæ fundatum, & erectum extitit sub beati Petri protectione, medio & nostræ curæ commissum ante oculos nostros grauioribus expensarum, oneribus conspicimus pergrauatum. Dudum siquidem, ut Christifideles ad porrigendum manus adiutrices pro parando exercitu contra Turcos atrocissimos hostes religionis nostræ Christianæ celerius inducerentur, omnes, & singulas indulgentias tam per nos, q̃ per alios Romanos pontifices prędecessores nostros sub quacunq; uerborũ forma concessas, & illarum effectus omnino suspendimus. Et ne quisquam illis uteretur, uel eas publicare præsumeret, præcipimus, & mandamus prout in diuersis nostris inde confectis literis plenius cótinetur. Cum autem plenius informati sumus, Hospitale ipsum in suis structuris ruinam minetur, adeo q̃ nisi illis celeriter succurratur, breui tẽporis spatio uerisimiliter sũt casura hospitalitasq; inibi absq; Quæstis & fideliũ suffragiis, & elemosinis mediãtibus, spiritualibus gratiis per sedem apostolicam eidem Hospitali concessis, propterea erogãdis obseruari non possit, ac etiam redditus dicti Hospitalis ad substentanda onera illi modernis temporibus occurrentibus nullatenus sufficiant. NOS ne propterea Hospitale ipsum ad totalem ruinam deueniat, pauperesq; & infirmi, quorum cura nobis commissa, detrimenta patiantur. Motu proprio, & ex certa sciẽtia auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus. Indulgentias, & gratiarum literas præfati hospitalis, tam per Eugenium quartum, q̃ per quoscunq; alios Romanos pontifices prædecessores nostros sub quacunq; uerborum forma hactenus concessas, sub huiusmodi suspeñ. nostris, ac Nicolai Papæ. v. prædecessoris nostri (quæ cruciata cuilibet appellatur) literis non fuisse, nec esse comprehensas sed omnes, & singulos fratres, & nuntios dicti Hospitalis ab illius Preceptore deputatos & deputandos, Questas (prout in eodem nostro Hospitali tenore dictarum literarum Eugenii Papæ quarti, concessũ est) petere, colligere, recipere, & in præfati Hospitalis ac pauperum & infirmorum huiusmodi usum & utilitatem conuertere, necnon literas & indulgentias huiusmodi ubilibet publicare, & insinuare potuisse & debuisse, ac posse, & debere in omnibus, & per omnia ac si suspeñ. ac nostre, & dicti prædecessoris literæ non emanassent. ¶ Præcipientes, & mandantes in uirtute sanctæ obedientiæ, & excommunicationis pæna omnibus, & singulis Archiepiscopis Episcopis, Officialibus, Prædicatoribus, & Commissariis cuiuscunq; status, gradus, uel conditionis existant, publicationem Cruciatæ prædictæ, & aliarum prædictarum literarum deputatis & deputandis, ac ab eisdem deputatis, & deputandis. Quatenus eosdem fratres, & nuntios huiusmodi indulgentias et literas præfati Eugenii prædecessoris ubique insinuare, et publicare ac confratrias facere, et Questas huiusmodi petere, et colligere pro sustentatione dictorum pauperum et infirmorum permittant, eisdem præstent auxilium, et fauorem, ac literas desuper concedant gratiosas et opportunas. ¶ Nec non ab hospitalibus ecclesiis, possessionibus, et bonis ad dictum nostrum Hospitale mediate uel immediate spectantibus, et pertinẽtibus ubicunq; existentibus, decimas nullatenus exigant, nec ad illas soluendi uigore cõmissionis per nos eisdem cõmissariis factæ per priores, seu procuratores dictorum hospitalium, et possessionum dicto hospitali apostolico subiectorum compellant, aut compelli faciant quoquomodo nõ obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, Cæterisq;

Indul. Cruciatæ non obstant Indul. Hospi.

Gratiæ Hospi. non suspenduntur.

Nuntii Hospi. possunt sine Impedimento Cru. Quæstas petere.

contrariis quibuſcunq;. Cæterum, quia difficile eſſet præſentes literas ad ſingula, in quibus illæ neceſſariæ forent Loca transferri, uolumus et decernimus, q̄ earum trã ſumpto manu Notarii publici ſubſcripto, et dilecti filii noſtri Dominici Tituli Sãctę Crucis in Hieruſalem Præſbyteri Cardinalis & Maioris Pœnitẽtiarii noſtri ſigillo munito, ea prorſus fides adhibeatur, ſicuti origiualibus literis prædictis, ſi forent exhibitæ uel oſtenſæ. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ declarationis, mandati, uoluntatis, indulti, et conſtitutionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringenteſimo Quinquageſimo quinto, Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno primo.

SIXTVS EPISCOPVS.

Bulla Sixti Pōi, Maxi.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ILlius, qui pro dominici ſaluatione gregis in Ara Crucis in precium Immolari nõ erubuit, quiq; poſt eius mortem, & a mortuis reſurectionẽ prẹordinatis teſtibus ſæpe apparens, tandem aſcenſurus ad patrem, ſuos uolẽs diſcipulos relinquere orphanos, ſpiritusſancti Paracleti conſolatione uiſitauit, & eos Hoſpitales ad inuicem fore debere, charitatiſq; dona (quæ omnes alias uirtutes ſuperat) exercere præcepit. Vices (quamq̄ immeriti) in terris gerentes, quamuis ex debito Paſtoralis officii mens noſtra (rerum pro tempore Ingruentium occaſione) ad multiplices cogitatus ſe diuertat, tamen inceſſanter Curis flectimut aſſiduis circa quecunq; pia loca, maxime & in honorem eiuſdem ſancti ſpiritus Conſtructa, prouentibuſq; dotata, & in quibus cõtinuo Hoſpitalitatis cura, & miſerationũ opera exercentur ut illa ad ſalubriorẽ ſtatũ, & maiorem Hoſpitalitatis huiuſmodi obſeruantiam, eiuſdemq; charitatis, & aliarum uniuerſarum uirtutum miſericordiæ, donorum inibi perfectum exercitiũ indicamus, utq; ad præmiſſa cunctorum Chriſtifidelium uota concurrant, ad pia implenda opera fideles ipſos per confraternitatis ſpiritualis (tanq̄ membra ſuo Capiti adherentia) nexum, quibuſdam ſpiritualibus & allectiuis muneribus proſequimur, ut exinde gratiæ diuinæ reddãtur aptiores, & charitatis, & Hoſpitalitatis deuotio eiuſdẽ paracleti inſpiratione cordibus ipſorum fideliũ imprimenda per amplius indies eis augeatur, & hiis, quæ hactenus per prędeceſſores noſtros Romanos pontifices eiſdem piis prẹmiſſorum reſpectu apoſtolica munificentia conceſſa fore noſcuntur, ut exinde maioris firmitatis robur ſuſcipiant ex noſtri apoſtolatus officio (quoties opportunitas ſe offert) fauorabiliter adiicimus noſtri miniſterii partes. Attente igitur conſiderantes quod Hoſpitale noſtrum ſancti Spiritus in Saxia Almæ Vrbis, quod Fæ. Re. Innocentius Papa. iii. prędeceſſor noſter diuinitus (ut pie creditur) inſpiratus ad laudem & gloriam dei omnipotentis pro animarum & corporum euitandis periculis, & expoſitorum infantium, ac pauperum, miſerabiliumq; & infirmorum ſubſidio, & ſubuentione fundauit, cuiq; & illius membris, locis, eccleſiis tam ipſe Innocẽtius, q̄ Honotius etiã. iii. Alexander, iiii. Celeſtinus. v. Bonifacius. viii. Clemens. v. Ioannes. xxii. Benedictus. xii. Vrbanus. v. Gregorius. xi. Alexander. v. Martinus. v. Eugenius. iiii.

De Curis aſſiduis circa pia loca

Innoc. iii. Hoſp. primus Fũdator

Nicolaus

Nicolaus.V.Calixtus.III. Pius.II. & Paulus etiam. II. Romani Pontifices prædecessores nostri diuersa Priuilegia, Immunitates, Exemptiones Libertates Indulgentias, aliasq; spirituales, & temporales gratias successiue concesserunt illis dictũ Hospitale multipliciter decorantes. Dudum eorundem Pontificum, & aliorum Christifidelium largitione adeo abundasse, quod Hospitalitatis onera, & alia charitatis, & pietatis opera in eo poterant continuo exerceri. & postmodum (prout notabilitas facti, & rerum experientia iudicabat omni intuenti) causantibus Guerrarum turbinibus, & aliis sinistris euentibus ad magnam diminutionem, tam in spiritualibus, quam illius prouentibus temporalibus deueniisse, & oculo perspicaci intuentes illius structuras, & ædificia modernis temporibus ad pauperum infirmorum, expositorum, & aliarum miserabilium personarum ad illud confluentium, receptionum augusta depressa & minus accomodata fore. Ita, ut eis exilii potius q̃ recuperandæ sanitatis, & salutis causa existerent. & propter earum uetustatem ad casum tenderẽt, miserabilemq; animum, ac eiusdẽ Redemptoris uerba, in quibus se in pauperes recipi nos instruit intra pectoris nostri Archana reuoluentes, eiusdem Hospitalis structurarum uetustate sublata illud a fundamentis de nouo opere condere construi, & edificari fecimus. & tum pro infirmorum, & aliorum miserabilium indigentiumq; eis obsequentium personarum, & seruitorum commode longe lateq; ampliauimus. claustraq;, & habitationes, ac alia cum suis officiis edificia eminentiora ac utiliora, etiam pro mulieribus, & infantibus expositis huiusmodi sub clausula collocandis. & pro nobilibus, ac honestis personis infirmis ptendere, & annuente domino cõtinuo ampliare, & conseruare non cessamus. ac pro ipsius Hospitalitatis supportandis oneribus eiusdem Hospitalis prouetus auximus, & indies augere curabimus. Et quoniam inter eosdem prędecessores nostros Eugenius prefatus inter cetera quandam confraternitatẽ proborum uirorum a prędecessoribus suis eatenus institutam, tunc tamen intermissam, sperans eum multimodis eidem Hospitali fructum afferre cum omnibus & cõcessis priuilegiis, fauoribus, & indulgentiis per suas certi tenoris literas innouauit. NOS prędecessorum, & aliorum Romanorum Pontificum singularum litterarum ipsi Hospitali, sub quibusuis uerborum formis concessarum tenores, series & effectus (ac si de uerbo ad uerbum presentibus insererentur) pro sufficienter expressis haberi uolentes. Motu proprio non alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam sed ex nostra certa scientia & spontanea uoluntate, Illas, ac omnia, & singula in eis contenta Priuilegia Immunitates Exemptiones, Libertates, Gratias, Indulgentias, Remissiones, Facultates, Concessiones, & indulta ab eisdem prędecessoribus ipsi Hospitali illiusq; membris per eosdem prædecessores concessa, pręsentibus, tamen non contraria auctoritate apostolica tenore pręsentium confirmamus, & approbamus. Pręsentisq; scripti patrocinio communimus, illasq;, & illa perpetuis uiribus subsistere decernimus. ¶ Necnon ad honorem, & eius totius curiæ celestis unam nouam, sanctamq; confraternitatem in dicto Hospitali pro illius, ac bonorum, & iurium eiusdẽ cõseruatione defensione, & protectione perpetua sub modis & formis, ac conclusionibus in motu, scientia & auctoritate similibus, etiam de fratrum nostrorum consensu unanimi erigimus, facimus, creamus, & perpetuo ordinamus. ¶ Et ut dicta sancta Confraternitas per Nos in præsentiarum sic instituta plenum & optatum sortiatur effectum, nos illam, & singuli ex dictis Fratribus nostris sanctæ Romanæ, ecclesiæ Cardinalibus ex nunc ingredimur, atq; manu propria nos, & ipsorum

Ro. Pont. Hospitale mult pliciter decoratum

De fundamẽtis & nouis ædificiis Hospitalis.

Cõfirmãtur priuilegia & facultates Hospitalis

Ingreditur Confraternitatem Sixtus Pont. max. cum Car. S.R. Ecclesiæ.

De Statutis & ordin. Cõfraternitatis hosp.

singuli in quodam libro eiusdem sanctæ Confraternitatis huiusmodi ad effectum singula nomina iam descripsimus. ℂ Ac motu, auctoritate, & scientia prædictis, ac irrefragabili constitutione perpetuo ualitura statuimus, & ordinamus, quod singulorum utriusq; sexus fidelium (honestæ tamen conuersationis, & famæ) hanc confraternitatem, nunc & pro tempore intrare uolentium (in urbe præsentium pro tempore dumtaxat) nomina, & cognomina ac qualitates in dicto libro, & præfato Hospitali dumtaxat, & non alibi describatur. Et pro illorum ingressu, ac descriptione, ad solutionem alicuius quantitatis pecuniæ aut rerum aliarum (nisi quantum sua sponte elargiri uoluerit aut cuiusq; deuotio dictauerit) minime teneantur. ℂ Carissimus autem in christo filius noster Federicus modernus, & pro tempore exñs Romanorum imperator semper augustus, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones, dominiq; terrarum, ac illorum uiuentium, & defunctorum uxores, necnon Patriarchæ Archiepiscopi, Episcopi, monasteriorum Abbates, militiarum ecclesiasticarum Magistri, & maiores post Pontifices in metropolitaneñ. uel aliis Cathedralibus, ac principales in collegiatis ecclesiis dignitates, necnon conuentuales, Prioratus, Præposituras, & generales præceptorias obtinentes, etiam ab eadem Vrbe absentes, si id per procuratorem habentes mandatum ad hoc speciale, quod in publicam formam exhibere, & præceptori dicti Hospitalis dimittere teneantur, id peterent in Confratres dictæ Confratriæ recipi, & illorum, ac illarum nomina, & cognomina, ac qualitates (ac si præsentes forent) in dicto libro describi, & annotari possint (in Vrbe præfata dumtaxat) ac si præsentes forent in illa.

Absẽtes utriusq; sexus ab Vrbe recipiuntur in Cõfratres.

ℂ Item quod singuli ex fratribus sic in eodem sanctæ confraternitatis libro pro tempore descripti, sæcularem, uel regularem Præsbyterum, in suum possint eligere confessorem, qui eorum cõfessione diligenter audita eis semel (uita comite) ab omnibus, & singulis criminibus, & peccatis, necnon excommunicationibus, & quibusuis aliis sententiis, & censuris ecclesiasticis, Etiam occasione symoniæ super ordinibus, uel beneficiis assequendis ubicunq; contractæ, & aliis casibus specialiter uel generaliter Ro. Pont. & sedi apostolicæ quouismodo reseruatis, & propter quæ ipsa sedes meri toesset consulenda, præter heresis, & Rebellionis, aut conspirationis in personam uel statum Ro. Pontificis, seu sedis apostolicæ, & offensæ personalis sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalem, Patriarcham, Archiepiscopum, & Episcopum, ac Præsbyterum (etiam in mortis articulo) plenam omnium peccatorum suorum (etiam excessorum) huiusmodi remissionem impendere possit, ita quod si tunc non obierint quoties in tali articulo constituti fuerint, illam reiterare possit idem uel alius confessor sic electus. in aliis uero casibus toties quoties opportunum fuerit, confessione audita eos absoluere ualeat, & pænitentiam iniungere salutarem. ℂ Quodq; idem confessor sic electus in urbe dumtaxat) cum eiusdem confratribus eum in confessorem eligentibus Cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, uel conditionis, aut præeminentiæ fuerint, clericali militiæ abscriptis, etiam religiosis, quæcunq; beneficia ecclesiastica etiam obtinentibus, qui præmissis sententiis ligati Missas, & alia diuina officia celebrando, aut alias se illis immiscendo, seu alias in casibus in iure expresse, uel non expresse irregularitatem contraxerunt, (bigamia, & homicidio uoluntario dumtaxat exceptis) ut ad omnes superiores, & sacros ordines promoueri, et in illis, ac per eos susceptis ordinibus huiusmodi, etiam in altaris ministerio ministrare, ac Dignitates, et beneficia ecclesiastica quæcunq; recipere, et retinere,

Cõfessionale cõfratrũ hosp.

Absolutio de casibus reseruatis.

De his qui cõtraxerunt irregularitatem.

nere, necnon monasteriis ecclesiis Cathedralibus etiam metropolitañ. & patriarchalibus preſici, & preeſſe libere, & licite poſſint diſpenſare. Ac eis quæ tunc detinerent dignitatibus, & beneficiis huiuſmodi prouidere, & quibus minus canonice preeſſent Eccleſiis, & monaſteriis huiuſmodi eos preficere (in foro conſcientiæ dumtaxat) apoſtolica ualeat auctoritate predicta. ¶ Adiicientes inſuper ſtatuto & ordinationi predictis, quod corpora ſingulorum Confratrum prædictorum, tam eccleſiaſticorum, q̃ laicorum utriuſq; ſexus in dicto libro deſcriptorum, quos tempore eccleſiaſtici interdicti quouis modo (etiam a ſede predicta impoſiti) decedere contigerint, dummodo cauſam non dederint interdicto eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi debeant, abſq; tamen funeris pompa ſicut ſolitum eſt fieri de corporibus clericorum interdictum ſeruantium. Decedeñ. autem pro tempore in dicto Hoſpitali, & eiuſdẽ hoſpitalis, ac pauperum, & expoſitorum eorundẽ obſequiis inſiſtentes utriuſq; ſexus q̃diu permanſerint in obſequiis huiuſmodi dumtaxat eiſdem quibus Confratres in dicto libro deſcripti quo ad omnia in p̃ntibus contenta Priuilegiis, Facultatibus, & gratiis potiantur, & gaudeant. Porro ad cõmunicandũ latius operis tam pii ſalutẽ omnibus, & ſingulis utriuſq; ſexus aliis chriſtifidelibus, qui ad dictum Hoſpitale pro illius predictis oneribus ſupportandis de eorum bonis (prout eorum dictauerit deuotio) fideliter tranſumpſerint, uel in eorum teſtamentis & ultimis Voluntatibus ad hoc legauerint. Motu, ſcientia, & auctoritate predictis concedimus, ut in mortis articulo conſtituti, confeſſorem ydoneum eligere poſſint, qui eorum confeſſionibus diligenter auditis omnium peccatorum ſuorum plenariam eis Remiſſionem elargiri poſſit. Prouideat autem Preceptor dicti Hoſpitalis, nunc & pro tempore exiſtens, quod elemoſinæ, & mittentium nomina, & legata in libro ad hoc deputato deſcribantur ſub excommunicationis pena eo ipſo (ſi malicioſe facere neglexerit) incurrenda diſtricte precipientes Notariis, qui rogati fuerint de teſtamentis, uel aliis ultimis uolũtatibus, in quibus aliquid diſponi continget impoſterum in fauorem, & commodum dicti Hoſpitalis, ut ſub excommunicationis pœna huiuſmodi diſpoſitionem quantotius commode poterunt, Preceptori dicti Hoſpitalis, ſeu alteri (per quẽ id poſſit ad dicti Preceptoris noticiam peruenire) intimare procurent. ipſiq; Notarii quoq;, & Confeſſores eorundem decedentium in ſuorum Remiſſionem peccatorum eiſdem teſtantibus, & confitentibus, commemorare non obmittant, ut ad tam pia opera, quæ in dicto Hoſpitali exercentur, manus porrigant adiutrices. quemadmodum nos quoſcunq; chriſtifideles, & preſertim Confratres eiuſdem confratriæ, qui pro tempore fuerint, per uiſcera Miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti ad id hortamur. Et ut fideles ipſi uberioris gratiæ dono ſentiant ſe refectos, harum ſerie decernimus, ut omnes utriuſq; ſexus in Vrbe commorantes, qui legitima cauſa ætatis, ualitudinis, uel ſimilibus impediti, ipſius Vrbis ſtationes, uel qualcunq; indulgentias cõmode uiſitare, uel Pontificalibus benedictionibus intereſſe pro tempore non poterunt illam elemoſinam Hoſpitali prefato conferendo, quam in prefatis Stationibus ex propria pietate, ſi eas uiſitaſſent perſonaliter contuliſſent, quas indulgentias prefatas Stationũ Vrbis, & Pontificalium Benedictionum, tam plenarias, q̃ ad certum annorum numerum Conſtitutas de omnipotentis dei Gratia, & dono conſequantur in forma eccleſiæ. Rurſus, ut in principio huiuſmodi Confraternitatis, ſucceſſiue etiam futuris temporibus, ad illam maior deuotio accreſcat fidelium, & de ea memoriale ſit in æuum omnibus dictæ cõfratriæ Cõfratribus preſẽtibus in Ro. Cur. iniũgimus, ut in

De priuil. Cõfratrũ tpe interdicti

De tranſmittẽtibus Elemoſ. hoſ.

De prouidentia Preceptoris hoſpitalis.

De Notariis & Cõfeſſoribus, q adſunt morientibus.

De indulgentiis quas conſequuntur Cõfratres impediti.

crastinum solemnitatis Penthecostes proxime futuri, & successiue Anno quolibet eadem die impedimento cessante legitimo in Basilica principis Apostolorũ de Vrbe conueniant, in qua in huiusmodi rei memoriam ostendatur Sudarium SALVATORIS domini nostri Iesu christi. eoq; ostenso portando inde brachium sancti Andreæ Apostoli quod nouissime inhonorem dicti Apostoli, & laudem Confraternitatis prædictæ thera argentea & aurea, Lapidibus preciosis ornata, & per nos eidé oblata recludi fecimus, & unum de articulis manus sancti Pauli Apostoli, ac unũ de digitis .s. Catherinæ uirginis martyris per nos noviter apud Hospitale ipsũ honorifice collocatis processionaliter trãslata ad ecclesiã dicti hospitalis, in qua proxime futura die per NOS aut unum ex dictis fratribus nostris missa solẽniter celebrabitur. ipsaq; die & deinceps singulis ãnis eadẽ die imppetuũ uniuersis christifidelibus uere penitentibus, & cõfess.s ecclesiã ipsã Hospitalis suffragãtibus, plenaria remissio omniũ peccatorũ, quã harũ serie elargim.ur. Cõfratresq; ipsi, & eorũ singuli in Vrbe existẽtes etiã eadẽ die singulis Annis cõfessorẽ poterũt eligere Qui eoq; cõfessionibus diligẽter auditis eos in eoq; quolibet (etiã in casibus sedi Apostolicæ reseruatis preterq̃ superius exceptis) apostolica auctoritate absoluat, & eis penitẽtiam iniungat salutarem Et insuper ordinamus, quod duo funebria pallia, alterum nigri coloris auro contextũ pro Prælatis, & nobilibus. & alterum ex Velluto etiam nigro pro Clericis, & Laicis, quæ eidẽ Hospitali obtulimus supra Capsã (in qua decedẽtiũ Corpora ad sepulturã deferãtur) ponãtur, & in eodẽ Hospitali cõseruẽtur. Itẽ in unius cuiusq; cadauesis alicuius Cõfratris defũcti expẽñ, quidã dicti Hospitalis habebunt faces duodecim, & quatuor cãdelabra argẽtea cõdecẽti, quæ etiã dicto Hospitali obtulimus, & in cuiuslibet eorũdẽ cõfratrũ obitu seu sepultura sexdecim erũt induti Camisiis etiã nigris. & Fratres dicti Hospitalis cum Pallio, Facibus, & Cãdelabris dictum cadauer usq; ad sepulturam associabunt. Item Statuimus, quod perpetuo qualibet Quinta feria per circulum Anni (nisi solemne festum sit impedimento) quo adueniente die pręcedẽti una Missa de sancto Spiritu cum Collecta pro defunctis, & pro omnibus Confratribus tunc uiuentibus. ut Omnipotens deus illuminet eorum mentes atq; sua misericordia eis cuncta peccata indulgendo aboleat. & similiter Secunda feria (& si festum impediat) tertia, uel alia feria p animabus omniũ Cõfratrũ defunctoq; celebret alia Missa solẽnis cũ pallio nigro supra Archã in medio Ecclesiæ locãdo & quatuor luminaribus cũ eisdẽ quatuor cãdelabris argẽteis. Volẽtes, quod quãdo aliquẽ cõfratrũ eorũdẽ ab humanis decedere cõtigerit (quãprimũ opportunitas se offeret) p remedio eius Animæ specialiter celebretur una Missa adhibita solemnitate. & quoniam ad manutentionem caritatiue Hospitalitatis pauperum & infirmorum, aliorumque miserabilium personarum pro tempore confluentium ad hospitale prędictum, & ad illud expositorum Infantium utriusq; sexus in numero copioso conseruationem quoq; bonorum, & iurium eiusdem Hospitalis persona prouida & timoratæ conscientiæ noscitur esse plurimum opportuna. Motu, scientia & auctoritate prędictis statuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Hospitale ipsum semper per proprium regatur Præceptorem, qui in illo resideat, & illius Curæ, ac regimini (pro posse) diligenter intendens per se ipsum solum inibi exercere faciat cum integritate opera charitatis & nemini possit, aut ualeat Hospitale ipsum commendari, seu in administrationem concedere. hortañ successores nostros. Romanos Pontifices, qui pro temporore erunt, ut occurrente uacatione.

In Festo Pẽthe. Sudariũ Saluatoris ostenditur in Basilica sancti Petri.

Ecclesie Hospi. suffragãtib ple. Remissio.

De ordinatione Hospitalis quãdo Confratres moriuntur.

Missa solemnis celebratur qualibet Quinta feria pro cõfratribus uiuis

Missa pro animabus defũctorum.

De residentia pceptoris.

Hospi-

Hospitalis eiusdem conseruent, & augeant indies, & a concessione Illius incomendam aut administrationem alicui, etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinali prorsus abstineant, non ignari, quod si secus egerint, cum Hospitale ipsum eorum Curæ specialiter sit commissum, & illius Bona sint pauperum languentium, & expositorum Infantium propter hoc adhuc uiuentes, tam ipsi successores nostri, quam qui Illud in commendam uel administrationem huiusmodi recipient, & consentient eidem, Omnipotentis dei indignationem incurrant, & præter illa quæ permissione diuina in hoc seculo incommoda propterea indubitanter ferent de huius nostri statuti transgressione, in extremo tremendo iudicio, & districto examine rationem reddere tenebuntur coram Deo, quod enim nobis licere non patimur, eisdem nostris successoribus iudicamus. Hæc enim omnia supra scripta per Viscera nostræ eiusdem Redemptoris obseruari iniungimus, & obseruantibus sit Pax, & Dilectio in deum. Infrigentibus uero ex malitia, adsit eis Indignatio usque ad condignam pænitentiam. ¶ Decernentes, & declarantes nostræ intentionis esse, per quascunque similium gratiarum, & indultorum ecclesiis, & quibusuis Collegiis siue confraternitatibus concessorũ, speciales, uel generales suspensiones per Nos uel sedem eandem hactenus factas, sub quibus forsan præsentes litteræ, & in illis contenta includi uiderentur. de cetero faciendas presentes literas, & illarum effectũ non suspendi, & in illis comprehendi non posse, aut debere, sed omnia in eisdem litteris contenta, semper & inconcusse in suo robore permanere, ac irritum & inane si secus sup hiis a quoq̃ quauis auctoritate scienter, uel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus ac litteris apostolicis, necnon Priuilegiis, & Indultis quibusuis Hospitalibus, ac aliis Ecclesiis, & locis siue Collegiis, & Confraternitatibus per Nos & sedem eãdem concessis hactenus, & imposterum concedendis. sed illis alias in suo robore permansuris quatenus aliquę præmissorum alicui contrarientur quoad hoc uiribus uacuamus. etiam si de illis ac totis tenoribus specialis, & expressa ac de uerbo ad uerbum mentio habenda foret cæterisque contrariis quibuscunque. Et ut presentium litterarum, & gratiarum tenor plenius innotescat omnibus, uolumus quod dictus Preceptor præsentes literas, uel earum transumptum auctenticum in ualuis dicti Hospitalis singulis annis dicta secunda die Solemnitatis Penthecostes affigi facere, & affixas tenere debeat tota die. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostræ Confirmationis, Approbationis, Communitionis, Constitutionis Erectionis. Creationis, ordinationis, ingressionis, Statuti, Adiectionis, Concessionis, Preceptionis, Hortationis, Decreti, Iniunctionis, & Elargitionis, sanctionis, Iudicationis, Declarationis, Vacuationis, & Voluntatis infringere, uel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis dei ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, M.cccclxxvii. duodecimo Kal. Aprilis. Pont. nostri Anno Septimo.

De transgressori. huius Sordinationis

De perpetua firmitate Intentionis Pont.

Transũptũ gratiarũ in Festo Pẽthe. affigitur in Valuis Hosp.

EGO SIXTVS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus intraui sanctam Confraternitatem Hospitalis nostri sãcti Spiritus die. xxi. Martii. Millesimo quadringẽtesimo Septuagesimo octauo Benedicens omnibus & singulis auctoritate dei Omnipotentis & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra Omnibus, & singulis (ut dictum est) qui eandem Confraternitatẽ intrabunt, siue fuerint prelati, siue Clerici, siue Laici

Benedictio oib' intran. Cofrate. Hospi.

Abſolutio Plenaria Confeſ.

Cuiuſcunq; ſexus. Concedimuſq; eis, ut in mortis articulo poſſint, & ualeant noſtra anctoritate plenarie abſolui ab eorum Confeſſoribus pariformiter & ſemel in uita Et eadem manu Concedimus omnia, & ſingula in Bullis noſtris contenta ET EGO SIXTVS Papa. IIII. ſupraſcripta propria manu ſcripſi, & eadem me ſubſcripſi.

SIXTVS EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Petitio Congre. S. Iuſtinæ.

PRomiſſioni Noſtræ decet prouenire ſubſidio, ut ius ſuum cuiq; conſeruetur. Hinc eſt, quod nos tenorem quarundam litterarum fe. re. Engenii Papæ. IIII. prędeceſſoris noſtri in regiſtro ipſius repertum pro eo quod (ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Pręſidentium, Viſitatorum, Abbatum, Priorum, Rectorum, & Monachorum Congregationis ſanctæ Iuſtinæ nuncupatorum ordinis ſancti Benedicti petitio continebat) ex litteris originalibus prędictis Bulla plumbea eis appenſa caſualiter cecidit de regiſtro huiuſmodi de uerbo ad uerbum tranſcribi & ad ipſorum ſupplicantium inſtantiam pręſentibus annotari fecimus, qui talis eſt.

SIXTVS EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIA:

Tenor litterarum Euge. Papæ. iiii.

ALto diuinæ prouidentiæ conſilio meritis noſtris (licet inequalibus) ſummi ſacerdotii curam gerentes in terris, licet ad uniuerſa pia loca ꝑ illorum fęlici ſtatu cõfouendo Noſtræ indulgentiæ frequenter dirigimus intuitum, ad Hoſpitale tamen Sancti Spiritus in Saxia de urbe ordinis ſancti Auguſtini, quod ſub uiſceribus Noſtris continuo uerſatur, & ſedis Apoſtolicæ pręclariſſimũ opus ad monumentum exiſtit, & alia loca ab eodem depẽdentia attentiori quadam ſollicitudine mentis noſtræ conſideratione intendimus, & tam Hoſpitale q̃ loca prędicta ſine quibus (ut experientia docere poteſt) grãdis infantium Expoſitorum, & languentium multitudo de periret in ſuis priuilegiis & conſuetudinibus ualeant abſq; ulla cõtradictione inuiolabiliter obſeruari, licet a tanto tempore citra cuius contrariũ memoria hominum non exiſtit, in Germania & in diuerſis aliis mũdi partibus obſeruatum fuerit, & de pręſẽti conſuetudine inuiolabili comprobante obſeruetur, quod dilecti filii Fratres ordinis ſancti Auguſtini hoſpitalium, & locorum ab eodem hoſpitali noſtro dependentium ſub uocabulo ſancti Spiritus deõ militãtes pro ſubuẽtionibus, & elemoſinis 'a xp̃ifidelibus habendis, & in uſus neceſſarios, & opportunos infantium expoſitorum & aliorum infirmorum, & languentium conuertẽdis per Ciuitates, Villas, Caſtra, Oppida, & alia loca cum Campanellis in manibus dantibus ſonitum ad excitandum fideles ipſos ad pias largitiones prędictas, libere & ſine aliquo impedimento (quotiens eis fuerit opportunum expedire) ualeant ire & redire, necnon animalia, & pręſertim Porci, qui eiſdem fratribus pro ſimilibus ſubſtentatione, & piis cauſis in elemoſinam elargiuntur, & cum Campanellis auribus appenſis per eaſdẽ ciuitates, Oppida, uillas,

Multitudo Pau. periret ſine Hoſpitali. S. Spũs.

Fratres Hoſpi. libere poſſũt Elemoſinas exige.

& loca

& loca alia, ut simili largitione nutriantur discurrere, tute, & libere consueuerunt, & Hospitale nostrum prędictum, & reliqua loca ab eo dependentia pluribus, & diuersis tam nostris, q̃ prędictorum nostrorum Romanorum Pontificum priuilegiis muniantur, tamen non sine graui nostri animi displicentia nuper ad nostrum peruenit auditũ. ¶ Quod nonnulli Pręceptores, & fratres domorum, & ordinis sancti Augustini sub uocabulo sancti Antonii de Vienna in partibus illis Quæstuantes seu quæstas faciẽntes siue liuore, seu maxima cupiditate cõmoti, quasi eis per dictos fratres .s. Spũs quæstuandi percipiatur utilitas, eosdem fratres sancti Spiritus super consuetudine eundi per Ciuitates, Oppida, Castra, Villas, & alia loca prędicta Cum campanellis in manu illius sono xp̃ifideles ad elemosinas Inuitantes, multipliciter perturbare, & ne Porci eum eisdem Campanellis per Ciuitates, Castra, Oppida loca prędicta discurrant impedire intimatur in graue pręiuditium sancti Spiritus, & per consequens infantium expositorum, & aliorum pauperum, & languentium ad hospitalia, & loca sancti Spiritus huiusmodi declinantium pariter & iacturam. NOS igitur attendẽtes antiquam consuetudinem huiusmodi, & quanto fauore prędecessores nostri Ro. Pont. primi fundatores dicti Hospitalis sãcti Spiritus in Saxia (quod Nos proximis temporibus a fundamentis ædificiis amplissimis Instaurauimus ac bonis temporalibus multipliciter auximus, & ampliauimus, eiusq; priuilegiis apostolicæ sedis cõmuniuimus) & alia loca ab eodẽ Hospitali dependeñ. semper fuerint prosequti. Et pręsertim quasi deuotio fidelium erga istos magis, quam alios inelinatur, nullatenus impediri debent ne contigat exinde fideles ipsos a piis operibus cessare, & deuotionẽ ipsi frigescentes interimere. Motu proprio, non ad ipsorum Pręceptorum, seu fratrum sub uocabulo sancti Spiritus hmoi, uel aliorũ pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, quod omnes, & singuli Fratres quorumcunq; Hospitalium, domorum, & locorum a dicto Hospitali nosto sancti Spiritus in Saxia dependeñ. tam in germania, quam aliis quibuscunq; partibus per Quascũq; Ciuitates, Castra, Oppida, Villas, Terras, & loca eum Campanellis in manibus. Christifideles quoslibet ad erogandum, & exibendum eis pias elemosinas sono eampanellarum huiusmodi excitare, & elemosinas huiusmodi petere, & habere, ac in usus expositorum pauperum, & infirmorum prędictorum conuertere. Necnon Porcorum eorũ per Ciuitates, Castra, Oppida, uillas Terras, & loca prędicta ad hoc ut a fidelibus ipsis pia largitione nutriantur, cum campanellis auribus appensis mittere & eos ire & discurrere, etiam permittere libere & licite possint, & ualeant, quod fratres .s. Antonii Vienneñ. ac oẽs, & singuli qui Fratres sancti Spiritus huiusmodi super hiis quomodolibet impediuerint seu molestauerint, quominus Cum campanellis pias elemosinas (ut prefertur) quærentes, & eorum animalia cum eisdem campanellis transmittentes (ut prefertur) cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, uel conditionis fuerint sententiã excommunicationis eo ipso incurrant auctoritate Apostolica tenore pręsentium, & irrefragabili, & perpetuo ualitura constitutione facimus, statuimus, pariter & decernimus. ¶ Ac uniuersis Patriarchis, & Archiepiscopis Episcopis Abbatibus, Prioribus Prępositis Decanis, Archidiachonis, & aliis ecclesiarum Prelatis, & personis ecclesiasticis, pręsertim ecclesiarum Rectoribus, & eorum uices gerentibus in uirtute .S. Obedientiæ & sub pęna suspensionis, & excõmunicationis districte percipiendo Iniungimus, ut Pręceptores, & fratres eorumq; nuncios prędictos sancti Spiritus & mẽbrorum eiusdem ad eorum ecclesias Ciuitates Terras, & loca quæcunq; accedentes ad

Perniciosa Cupiditas Fratrum .s. Antonii de viẽna.

Potestas exhibẽdi Elemo. sono Cãpanellarum Fra. Hospi. con.

Molestatores p̃dicti excõmunicantur.

quærendum elemosinas,& pia suffragia huiusmodi cum eorũ notis siue Campanellis sonantibus,& sanctuariis subsequẽtibus benigne,& caritatiue recipiãt,& pertractent ac populum eis creditũ utriusq; sexus(dũ & prout desuper per eos fuerint requisiti) in unum conuocẽt locum ad audiendum,quæ proponere uoluerint cum eis. ¶ Et nihilominus dictis fratribus, Maguntinensis, & Treuenẽ. Archiepiscopis, sacriq; Romani Imperii Electoribus ac Argentiñ. Episcopo, pr̨esentibus,& futuris mandamus, Quatinus ipsi uel duo, aut unus eorum per se uel alium, seu alios, pr̨emissa (ubi,quando,& quoties expedite cognouerint,fuerintq; desuper pro parte Pr̨eceptoris,& fratrum Hospitalis sancti Spiritus,& membrorum ,predictorum, aut nunciorũ eorundem legitime requisiti)solemniter publicãtes faciant auctoritate nostra eosdẽ Pr̨eceptorem, & Fratres,ac pr̨emissa omnia(ut pr̨efertur)eis concessa recipi, & admitti,ac concessorum huiusmodi usu,& pacifica quasi possessione gaudere non permittatis eos super hiis,per quoscunq; quauis auctoritate impediri,seu quomodolibet molestari,Contradictores auctoritate nostra(appellatione postposita) compescendo. Inuocato etiam ad hoc(si opus fuerit)auxilio brachii sæcularis. ¶ Non obstantibus Constitutionibus,&ordinationibus Apostolicis,&quibusuis literis,&priuilegiis contrariis Abbati dicti Monasterii sancti Antonii,ac Pr̨eceptoribus, Magistris, Rectoribus,fratribus,&nunciis Pr̨eceptoriarum,&Hospitalium ab eodem Monasterio dependentium prędictis & quibusuis aliis concessis. quibus illa,etiam si de eis eorũ, & in illis conteutis derogatoriarum derogatoriis, fortioribus clausulis , de quibus, ac eorum toto tenore seu queuis alia expressio habenda foret,& in eis teneret expresse, quod eis nullatenus derogare censeretur,nec derogari posset,nisi sub certis Inibi expressis modo,& forma,ac conceptione uerborum.sicq; iudicari,& interpretari mandaretur,sublata quauis aliter interpretandi & iudicandi facultate,& auctoritate cum Irritanti decreto,si secus fieret pr̨esentibus ,p expressis, & insertis de uerbo ad uerbũ habentes illis alias in suo robore permansuris,quoad pr̨emissa specialiter,& expresse derogamus,quodq; forsan bis aliqua super pr̨emissis inter ipsos Pr̨eceptorẽ & fratres Hospitalis sancti Spiritus & membrorum eius pr̨edictorum,aut aliquem, seu aliquos ex eis,ac Abbatem Monasterii sancti Antonii pr̨edicti, seu Pr̨eceptores, Magistros Rectores,fratres Pr̨eceptoriarum, & hospitaliũ ab eodem Monasterio depẽdentium prædictorum indecisa in quauis etiam appellationis instantia pendere diceretur in Romana Curia, uel extra eam, etiam si coram aliquo auditore causarum nostri sacri Palatii Apostolici, seu quocunq; alio Auditore statuum,etiam si ea ad conclusionem processuum foret pro expresso habemus,quamq; ad nos aduocamus , & Litẽ penitus extinguimus eadem.Seu si Patriarchis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Pr̨epositis,Pr̨eceptoribus,Magistris,& fratribus prædictis ordinis sancti Antonii prædicti,uel quibusuis aliis communiter uel diuisim a sede Apostolica indultum existat,quod interdici,suspendi,uel excõmunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionẽ. ¶ Et quia difficile foret pr̨esẽtes litteras ad singula loca in quibus Pr̨eceptor,& fratres predicti sancti Spiritus illuc indigerent deferre,uolumus,& auctoritate Apostolica decernimus, quod earum Transumpto sigillo alicuius Pr̨elati ecclesiastici,aut causarum Cameræ apostolicæ generalis auditoris munito, & manu Notarii publici subscripto, & signato, eadem prorsus detur fides in iuditio & extra, ubi fuerit exhibitum,uel ostensum quæ daretur præsentibus originalibus litteris,si

De cõuocatione Populorum

De fauorib. pr̨estandis Nuntiis Hospitalis

Derogantur In dicta Monasterii S. Antonii.

De fide adibẽda Trãsũptis Hosp.

exhibe-

exiberentur ibidem. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, statuti, constitutionis, Mandati, derogationis, aduocationis, extinctionis, uoluntatis, & decreti infringere, uel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attēptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrū Anno Incarnationis dominicæ. M. cccclxxxii. Sexto Idus Iunii Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

INNOCENTIVS EPISCO.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ET si ex cōmisso nobis desuper apostolicæ seruitutis iugo Ecclesiis & piis locis omnibus (ut eorum priuilegia conseruentur) assistere teneamur officio pietatis, Hospitali tamen nostro sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, illiusq; personis, locis, & membris in eorum Priuilegiis, & Iuribus Conseruandis eo fauorabilius Nos adesse conuenit, & illo nostri muniminis præsidio firmiter stabilire, quo hospitale ipsum nostræ curæ specialius est commissum, & nostris propinquis adheret uisceribus charitatis. Singularis affectus Inno. erica Hospi. S. Spiri. Dudum fœlicis recordationis Honorius Papa tertius prædecessor noster dilectis filiis Magistro, & Fratribus Hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de urbe ordinis sancti Augustini, ut de Vsuris, Rapinis, Incēdiis, præter ecclesiarum incēdia, damnis & aliis rebus male acquisitis, si hi quibus eorum restitutio fieri debebat inueniri seu sciri non possent. necnon de his, quæ indistincte apud pios usus in ultimis uoluntatibus relinquebantur, ac de redemptionibus uotorum (Hierosolymitano dumtaxat excepto) de Iuramentis temere attentatis, Diuinorum officiorum omissionibus, & nonnullis aliis casibus componere possent & in usus pauperū dicti hospitalis conuertere concessit. Cōfessio. Honorii. iii. Hospitali concessum. mandans uniuersis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis ecclesiarum Prælatis, ac personis ecclesiasticis, ut fratres & nuntios dicti Hospitalis ad præmissa admitterent, & omnibus confratribus qui de bonis sibi a deo collatis subuenirent, relaxauit septimam partem iniunctæ pænitentiæ, ac concessit plenariam remissionem in mortis articulo largientibus seu transmittentibus de bonis suis eidē hospitali. ¶ Et deinde piæ memoriæ Bonifatius Papa etiam prædecessor noster Omnibus benefactoribus dicti hospitalis concessit tres annos, & totidem quadragenas indulgentiarum in certis festiuitatibus tunc expressis & in octauis dictarum festiuitatum singulis illarum diebus, & singulis diebus Quadragesimæ & singulis diebus Veneris totius anni, unum annum & quadraginta dies. De Indul. Boni. per totum annū. largientibus uero, aut transmittentibus de bonis suis eidem Hospitali pro substentatione pauperū cōcessit plenariam remissionem a pœna & culpa in mortis articulo. Et personis ecclesiasticis tam uiris q̄ mulieribus, quæ circa diuina officia aliquid omisissent, & de bonis suis eidem hospitali largientibus defectus remisit. Ac uoluit, q; in aduentu Magistri, & fratrum ad loca interdicta, ecclesiæ aperirentur, & ianuis apertis in illis diuina officia celebrarentur, & corpora tunc decedentium ecclesiasticę sepulturę etiam traderentur, & descripti in libro Confratriæ dicti Hospitalis tempore interdicti decedentes, ecclesiasticæ sepulturæ etiam traderentur. ¶ Et successiue Vrbanus papa quintus etiam prædecessor noster concessit omnibus benefactoribus dicti hospitalis ut cōfes Vrbanus Pap. v.

ssorem idoneum eligere possent, qui ipsos semel in uita absoluere possit in omnibus casibus etiam sedi Apostolicæ reseruatis. Concessit etiam omnibus fratribus dicti hospitalis in ipsius confratriæ libro descriptis, soluendo in eorum introitu dictæ Confratriæ triginta denarios turoneñ. argenti & quolibet anno unum similem denarium plenariam remissionem a pena & culpa in mortis articulo. & q Magister, Cõmendatores, & Fratres possent limitare dictam quantitatem pro illam soluere nequẽtibus cum certis aliis Indultis. ¶ Et insuper Clemens Papa quintus similiter prędecessor noster similes indulgentias, & remissiones concessit. Ac subsequenter Eugenins Papa quartus similiter prędecessor noster omnibus, & singulis tam ecclesiasticis, q̃ sæcularibus utriusq sexus Christifidelibus, qui in Cõfraternitate huiusmodi recepti, & in illius libro descripti forent, Ac tres florenos auri de Camera in principio receptionis ipsorum, necnõ successiue Annis singulis unum grossum quorum, decem unum florenum similem constituerent Camerario dicti Hospitalis soluerent, quod singuli sacerdotes idonei per eos post solutionẽ trium florenornm huiusmodi eligendi eis in mortis articulo concedere possent, Ac eos semel in uita absoluere in omnibus casibus etiam sedi Apostolicæ reseruatis uoluit, & decreuit. Prętérea Martinus Papa quintus etiam prędecessor noster (pro ut in literis Eugenii quarti desuper in forma rationi congruit confectis plenius continetnr) certis dedit iudicibus in mãdatis, ut omnibus, & singulis tam ordinariis, q̃ subdelegatis eorumq officialibus, ac quibusuis Dominis temporalibus, & aliis ad hoc deputatis tabellionibus, atq scribis cuiuscunq status, gradus, dignitatis uel pręeminentie, aut conditionis forent, ut pro licentia adhibenda, uel prestanda et super ea literis testimonialibus conficiendis, sigillandis, & cõcedendis a prędictis Fratribus, Nuntiis, & personis singulis annis pro litera, & licentia qualibet ultra unum florenum auri de Camera non peterent, seu reciperent, aut exigi seu recipi permitterent. quodq super decimis & frnctibus aliis occasione terrarum, uinearum, agrorum ad prefatum Hospitale spectantium, nuntios & fratres, ac personas Hospitalis prędicti, illiusq loca & membra non grauarent sub pęna excommunicationis ipso facto mandauit. Decernens irritum, & Inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigeret attentari. ¶ Rursus Ioannes Papa uigesimus secundus etiam prędecessor noster cõcessit Magistro, & fratribus prędictis, ut possent componere de Vsuris, Rapinis, Incendiis, & aliis pręmissis, prout Honorius Papa tertius concesserat. ¶ Item Innocentius Papa tertius etiam prędecessor noster fundator dicti Hospitalis dedit, & cõcessit ad fidem & deuotionem fidelium ac salutem animarum Hospitale prędictũ uisitãtibus & omnia eius membra, a festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, Singulis diebus usq ad octauam eius, Duo millia annorum indulgentiarum. Item Innocentius prędictus concessit Hospitali prędicto, & eius membris Singulis diebus totius anni unum annum & quadraginta dies indulgentiarum. ¶ Item Alexander Papa quartus similiter prędecessor noster cõcessit hospitali prędicto & eius membris, a festo s. Spiritus de mense Ianuarii Singulis diebus usq ad octauam eiusdem festi, Quatuor millia annorum, & Octingentas Quadragenas, & remissionem Septimæ partis omnium peccatorum de Indulgentiis. Et dominica in qua cantatur pro introitu missę, Omnis terra adoret te deus, Alexander prędictus concessit Hospitali prędicto, & eius membris, Omnibus & singulis primis diebus Dominicis mensium totius anni Tria millia annorum & totidem Quadragenarũ, & remissionẽ tertiæ partis omniũ

Remi. a pœna & culpa in mortis articulo.

Cle. V. confir.

Euge. IIII.

In. Ple. in uita.

Nuntii Hospi. non debent grauari.

Ioannes. xxii.

Innocen. iii.

Alex. iiii.

peccatorum

peccatorum. Alexander prędictus concessit hospitali prędicto & eius membris, a festo Corporis Christi singulis diebus usq; ad octauam duo millia annorum, & remissionem septimæ partis omnium peccatorum. Celestinus papa. V. concessit Hospitali prędicto, & eius membris, a festo Epiphanię usq; ad octauam singulis diebus Centū millia annorum de indulgentiis. Idem Celestinus papa. V. concessit hospitali prędicto, & eius membris in festo Natiuitatis uirginis Mariæ & per octauas singulis diebus, Triginta millia annorum de indulgentiis. Item Clemens papa. V. concessit hospitali prędicto & eius membris, a festo Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi usq; ad octauam eius singulis diebus duo millia annorum, & octingentos annos de indulgentiis. Item Bonifacius papa. VIII. concessit hospitali prędicto & eius membris, a festo Ascensionis Domini nostri Iesu Christi singulis diebus usq; ad octauam eius duo millia annorum & octingentos annos de indulgentiis. Item Clemens papa. VI. concessit hospitali prędicto, & eius membris a festo Penthecostes usq; ad octauam eius Singulis diebus octo millia annorum, & octo millia quadragenarum, & remissionem omnium peccatorum plenariam. Item Innocentius papa sextus concessit hospitali prędicto, & eius membris a festo Assumptionis beatę Mariæ uirginis usq; ad octauam eius Singulis diebus duo millia annorum & duo millia Quadragenarū de indulgentiis. ¶ Item Benedictus papa. XII. cōcessit hospitali prędicto, & eius membris a festo Omnium Sanctorum usq; ad festum sancti Leonardi, Tria millia annorum, & totidem quadragenas de indulgentiis. Summa dierum ueniç a summis pontificibus, & a sexaginta Archiepiscopis, & septuaginta episcopis, in consistorio Lateranensi auctoritate apostolica cōfirmatorum septuagentos annos, & totidem quadragenas. Summa missarum totius ordinis per annum, triginta duo millia, & totidem Psalteria a fratribus eiusdem ordinis. Preterea est concessum eisdem benefactoribus fraternitatis & confraternitatis, in missis, matutinis, uigiliis, ieiuniis, & elemosinis quæ fiunt in toto ordine in perpetuum participare. ¶ Item Nicolaus papa quintus etiam prędecessor noster omnibus Archiepiscopis, & Episcopis in uirtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis pœna iniunxit, ut dum fratres dicti hospitalis ad eorum loca pro elemosinis colligendis accederent, illos benigne recipientes ipsos elemosinas huiusmodi quærere permitterent, ac hospitalia & membra dicti hospitalis ab omni iurisdictione quorumcunq; ordinariorum exemit, & illa sub sua, & beati Petri protectione suscepit, ita ut nullus fratres dicti hospitalis excommunicare, aut loca & membra ipsius hospitalis ecclesiastico interdicto supponere posset Decernens extunc irritū & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, uel ignoranter contingeret attentari. ac certa alia eisdem fratribus, & locis indulsit in forma communi. ¶ Demum uero Sixtus papa quartus similiter prędecessor noster omnes libertates, immunitates & indulgentias, tā a fœlicis recordationis Bonifatio Octauo. Vrbano quinto. Ioanne. xxii. Alexandro. v. Innocētio. v. Martino. v. Eugenio quarto. Nicolao quinto. Calixto tertio. Pio secundo, et Paulo etiam. ii. Romanī pontificibus q̄ aliis prędecessoribus suis, siue per priuilegia, siue per alias indulgentias Magistro, Fratribus, ac Hospitali prędictis & membris eiusdem eatenus concessas, illas pro sufficiēter expressis habens ac si de uerbo ad uerbum inserta fuissent. necnon libertates & exemptiones sæcularium exactionum a Regibus, & Principibus dicto Hospitali, membris, & locis eis subiectis concessas, auctoritate apostolica approbauit, & confirmauit prout in literis singulorum per ordinē desuper

In festo corporis Christi.
In festo Epipha.
In festo natiuita. V.M.
In festo resurre. Dñi. nostri.
In festo Ascensi.
In festo penthe.
In festo Assum. B.M.
In festo omniū sanctorum.
Sūmariū indul. & Missarum.
Nicolaus. v.
Sixti. iiii. cōfir.

confectis. quarum ac omnium aliorum premissorum tenores (ac si de uerbo ad uerbū inserti forēt) presentibus hri uolumus pro expresse ut plenius cōtinetur. Quare pro parte dilecti filii Pii eiusdem hospitalis, Magistri & Fratrum predictorum, necnon uniuersorum preceptorum, siue cōmendatorum, & fratrum aliorum hospitalium mēbrorum & locorum dicto hospitali nostro subiectorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut concessionibus indultis, statutis, decretis, relaxationibus, & aliis premissis pro illorum subsistentia firmiori robur apostolicæ confirmationis adiicere, aliasq; in premissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. NOS IGITVR qui hospitale predictum tanquam nobis peculiare nostris specialiter gerimus in uisceribus charitatis, huiusmodi supplicationibus inclinati, concessiones, indulta, statuta, decreta, relaxationes, ac literas predictas cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, cæteraq; premissa auctoritate apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus. Decernen̄ omnia & singula perpetuæ firmitatis robur obtinere. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus hospitalis, & ordinis pre dictorum iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, cæterisq; contrariis quibuscūq;. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communitionis, & cōstitutionis infringere, uel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum apostolorum eius Petri, & Pauli se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadragētesimo octuagesimo quinto, Duodecimo Kal. April. Pont. nostri Anno secundo.

Supplicatio Pii magistri hospi.

Confirmatio literarum Aposto.

¶ Et deinde piæ me. Iulius Papa .II. etiam predecessor noster singulas literas predictas auctoritate apostolica Innouauit, & approbauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decreuit, pro ut in litteris ipsius Iulii prædecessoris desuper confectis plenius continetur. Quare pro parte dilecti filii Hylarii de Senis Preceptoris dicti hospitalis, & totius ordinis Magistri generalis nobis fuit humiliter supplicatum, ut singulis literis predictis pro illarum subsistentia firmiori robur nostræ approbationis adiicere, ac alias in premissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. NOS igitur (qui dictum Hospitale singulari deuotione prosequimur, & in uisceribus gerimus charitatis) Cupientes, ut litteræ predictæ & in eis contenta quæcunq; eo magis obseruentur, quo clarius constituerit ea deliberatione approbata, qua fuerint concessa, dictorum uestigiis predecessorum inherentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, singulas predictorum Sixti, & Innocentii, ac aliorum nostrorum predecessorum litteras, & in eis contenta Priuilegia, Immunitates, Facultates, Exemptiones, Libertates, Gratias, Indulgentias, Concessiones, Remissiones, Institutiones, Ordinationes, & Indulta quæcunq; auctoritate prædicta tenore presentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & in membris Ecclesiis, & locis ab eodem hospitali dependen̄, tam in dicta Vrbe, q̄ extra eam consisten̄, obseruari debere decernimus. ¶ Ac pro potiori cautela premissa omnia, & singula (prout per dictos prædecessores concessa fuerunt) eidem Hospitali specialiter, & de nouo, auctoritate & deuotione predictorum concedimus, & indulgemus. ¶ NEC NON Confraternitatem cum

Approbatio Iulii.ii.

Robur Priuilegiorū Hospita.

omnibus

omnibus & singulis Cōcessionibus, Indultis, facultatibus, indulgētiis, & peccatorum Remissionibus illis pro tempore concessis prędictis ad omnia, & singula membra, ecclesias & loca, tam ab ipso Hospitali pro tempore dependentia, quam alia ad, quæ Præceptorem, Magistrum Generalem eiusdem Hospitalis pro tempore existentes, seu eius Nuntios pro tempore declinare contigerit, in quibus similes Confraternitates cum eisdem concessionibus, indultis, facultatibus, priuilegiis, & peccatorum remissionibus per eundem Hylarium, & pro tempore existeñ. Præceptorem institui possint, & quęcunq; institutiones & ordinationes dictarum Confraternitatum absq; ipsius generalis Magistri pro tempore existentis expresso cōsensu in membris, ecclesiis, & locis huiusmodi forsan factæ, & in posterum nullius roboris uel momenti existant. Et insuper omnia & singula Hospitalia, Oratoria, Ecclesias, Capellas Altaria, & loca dicti ordinis, in quibuscunq; partibus a sæcularibus, & personis ecclesiasticis possessa, & occupata seu detenta ubicūq; existentia, etam si nō fuerint possessa seu detenta ubicunq; existentia, etiam si non fuerint possessa uel recepta per dicti hospitalis pręceptorē aut fratres, & religiosos dicti ordinis sub inuocatione, & nomine sacti Spiritus intitulata, tanquam membra dicti Hospitalis & ab eo dependeñ. ac eidem Hylario, & pro honore existenti pręceptori, & Magistro generali subiecta & ad instar aliorum annuatim respectiue contribuentium contributorias, & contributoria fore & esse, ac per ipsum Præceptorem & generalem Magistrum corrigi, & uisitari, illorumq; Rectores, & gubernatores (si de iure amouendi forent) amoueri, & alias personas idoneas loco illorum deputari posse. ℂ Necnon pręsentes literas sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, seu modificationibus per nos & sedem apostolicam, ex quacunq; causa quantumcunq; excogitabili pro tempore factis & concessis nullatenus comprehensas, sed ab illis semper exemptas. & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum repositas esse, sicq; per quoscūq; iudices & Commissarios, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores in quacunq; instañ. iudicari, & diffiniri debere sublata eis, & eorum cuilibet alteri iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate. Irritū quoq; & inane a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari, decernimus & extendimus & ampliamus, ac statuimus & ordinamus. ℂ Nec non omnibus, & singulis Generalibus, Ministris, Prouincialibus, Guardianis, Fratribus, & aliis quibuscunq; religiosis personis mendicantium, & aliorum quorumcunq; ordinum, in uirtute sanctæ obediētię pręcipimus & mandamus, quatenus postquam pro parte Pręceptoris, Magistri generalis, & aliarum personarum Hospitalis huiusmodi, uel alicuius eorum requisiti fuerint, pręmissa ac pręsentes litteras huiusmodi in eorum ecclesiis, capellis, domibus & aliis piis locis, dominicis, & aliis festiuis diebus infra missarum, & aliarum diuinarum horarum solemnia Clero, & populo publicare, & intimare seu publicari, & intimari facere teneātur. ℂ Verū quia difficile foret pręsentes literas ad singula loca (ad quæ expediens fuerit deferre) uolumus, & dicta auctoritate decernimus, q̄ transumptis pręsentium & aliarum quarumcunque nostrarum & dictorum prędecessorum Hospitali, & illius ordini præ dicti concessarum literarum manu Notarii dicti Hospitalis subscripti, & sigillo Præceptoris eiusdem Hospitalis pro tempore existentis munitis, plena fides in iudicio, & extra adhibeatur, prout eisdem Originalibus litteris adhiberetur, si forent exibitæ, uel ostensæ. Quodque transumptis præfatis subscriptionem &

Cōstitutio. possunt institu per Præceptorem.

Indulta Hospi. sub nullis suspē. comprehenduñ.

Mandatū Apo.

De fide adhibē. Transum. Hos.

De uigore Cōsti tui. hospi. S. Spūs.

sigillum Preceptoris huiusmodi non habentibus, nulla fides adhibeatur. Non obstātibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac Hospitalis, monasterii, & ordinis predictorum Iuramento, Confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus. Necnon omnibus illis, quæ in singulis literis predictis concessa sunt, non obstan. ceterisq; contrariis quibuscunq;. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, decreti, concessionis, indulti, extensionis, ampliationis, statuti, ordinationis, precepti mandati uoluntatis & constitutionis infringere, uel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum apostolorum eius Petri, & Pauli se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrū Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingētesimo decimotertio Idus Martii, Pont. nostri Anno primo.

INNOCENTIVS EPISCO.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Inno. Bulla

ETsi sedes apostolica cunctos pauperes, & miserabiles personas maternæ pietatis officio confouere, & iuuare teneatur, infantes tamen expositos, & presertim in nostro Hospitali sancti Spiritus in saxia de Vrbe, quod ante oculos nostros sitū est & ære apostolico per Romanos pontifices predecessores nostros fundatum & dotatū extitit, ac pluribus & diuersis priuilegiis, & prerogationibus insignitum singulari charitate sua clementia in uisceribus charitatis complecti consueuit. ac eos ita specialibus fauoribus, & auxiliis prosequitur, quod ipsorum sustentationi, & recreationi necnon saluti animarum fidelium illorum maxime suas operarias manus super hoc porrigentium, opportune prouideri, & salubriter consuli ualeat. Cum itaq; sicut fide dignorum testimoniis accepimus, & experientia ipsa didiscimus q̄ plures infantes pauperes ad dictum Hospitale deferantur, & ad illud pauperes infirmi, & aliæ miserabiles persone quotidie in copioso numero confluant, & inibi charitatiue recipiantur, & pertractentur. adeo quod ipsius facultates ad huiusmodi pia loca exercenda non suppetunt, & in futurum uerisimiliter non poterunt suppetere, nisi suffragio ipsorum fidelium adiuuentur. NOS igitur cupientes (quantum nobis ex alto conceditur) populū Christianum deo reddere acceptabilem, & bonorum operum sectatorem, ac necessitatibus infantium expositorum & pauperum infirmorum, & aliarum miserabilium personarū huiusmodi subuenire, eosq; & alios fideles Indulgentiis & Remissionibus prosequi. Omnibus, & singulis fidelibus utriusq; sexus, qui unum, uel unam ex ipsis infantibus expositis penes se receperint, eumq; seu eam usq; ad tempus debitum lactauerint, seu lactari, ipsumque seu ipsam usque ad annum unum cum dimidio propriis expensis aluerint, seu ali fecerint, & Virgines seu Domicellas expositas apud eosdem fideles (sic ut præfertur) receptas, uel aliquam aliam ex dicti Hospitalis expositis, de propriis facultatibus nupserint seu maritauerint, aut eidem Hospitali aliquid tantum erogauerint quod sufficiat ad lactandum seu alendum infantes expositos, aut maritandas uirgines domicellas expositas huiusmodi unam uel plures, necnon pauperibus infirmis, & miserabilibus personis, aut aliis fidelibus Christianis, quos in prefato hospitali etiam accedere contigerit. q; quilibet seu quelibet ex eis

De numero copioso pauperū ad hospi. cōflu.

De recipientib. penes se Infan. & Virgi. exposi.

aliquem

aliquem idoneum presbyterum secularem, uel regularem in suum possit eligere confessorem, qui omnium peccatorum suorum (etiam in omnibus casibus eidem sedi reseruatis) specialiter de quibus corde contritus & ore confessus, seu contrita & confessa fuerit, semel in uita, & in mortis articulo, plenariam remissionem sibi in synceritate fidei, unitate sanctæ matris ecclesiæ ac obedientia, & deuotione nostra, & successorũ nostrorum Romanõ. pont. canonice intrantium persistenti impendere ualeat licentiã & facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus & pariter indulgemus, constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac dicti hospitalis statutis, & consuetudinibus, iuramento, confirmatione apostolica uel quauis firmitate alia roboratis, cæterisq; contrariis non obstantibus quibuscunq;. NULLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis & indulti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicę Millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo. Decimo Kal. Octobris, Pontificatus nostri, Anno quinto.

Electio Cõfess.

Plenaria remiss.

ALEXANDER EPISCO.

SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Breue Alexand.

VNiuersis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis ecclesiarum Prælatis ecclesiasticis Dominis & ubiq; terrarũ communitatibus, Salutem & apostolicam benedictionem. Attendentes q; Hospitale nostrum Sãcti Spiritus in Saxia de Vrbe magnum infirmorum numerum, & languentium personarum, proiectorum infantium ad illud declinantium continuo habet supportare, & q; ipsius redditus ad id faciendum non suppetunt, atq; nostri prædecessores Romani Pontifices propterea inclinati, diuersas indulgentias eidem concesserunt, quibus uolentes in Confraternitatem dicti hospitalis se inscribi facere, gaudeant, pro ut in concessionibus dictorum Romanorum Pontificum per nos in genere confirmatis latius continetur. NOS propterea moti, ac etiam cupiẽtes dictum Hospitale fauoribus, & gratiis prosequi opportunis, ut infirmi expositi, prædicti melius possint in eorum necessitatibus ad dictum Hospitale se sustentare, tenore præsentium dictas indulgentias eidem hospitali concessas confirmamus, ac etiam concedimus, pariter & indulgemus, ut Indulgentiæ ipsę iuxta tenorem prædictarum literarum possint prædicari, & nunciari, & quęcunq; ex eis a fidelibus porrigentur, & recipi ac in utilitatem hospitalis, & infantium expositorum, & languentium prædictorum exponi. In contrarium fauentibus, non obstañ. quibuscunq;. Datum Romę apud sanctum Petrum Snb Annulo piscatoris. Die decima quarta Septembris. Anno incarnationis dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, Pontificatus nostri Anno quarto.

Confirmatio indulgen. hosp.

De publicati. In.

IVLIVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Breue Iulii Pō. Maxi.

Dilectis filiis Preceptori, & Fratribus hoſpitalis noſtri ſancti Spiritus in Saxia de Vrbe ordinis ſancti Auguſtini Salutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam uigor equitatis, q̄ ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. quapropter dilecti nobis in domino filii, ueſtris iuſtis poſtulationibus parrato concurrētes aſſenſu omnes libertates, & immunitates a predeceſſoribus noſtris Roman. pont. ſiue per priuilegia, uel alias indulgētias uobis, & hoſpitali ueſtro, ac Cōfraternitati ſancti Spiritus in illo auctoritate apoſtolica inſtitutę conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus & Principibus, ac aliis Chriſtifidelibus uobis, & hoſpitali, ac Confraternitati preffatis rationabiliter indultas ſicut eas iuſte & pacifice poſſidetis, uobis & per uos eiſdem hoſpitali, & confraternitati preffatis auctoritate apoſtolica cōfirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio cōmunimus. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud ſanctum Petrum Anno incarnationis dominicę Milleſimo quingenteſimo quarto. Decimo kal. Iunii. Pontificatus noſtri Anno primo.

Confirmatio indulgentia. Hoſ.

IVLIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ſ. CXII.

ILlius, qui in altis habitat, & humilia reſpicit (licet imparibus meritis) uices gerētes in terris, circa hoſpitalium, & aliorum piorum locorū quorumlibet ſtatū ſalubriter dirigendū, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, ea libēter cōcedimus, per quæ hoſpitaliū predictorū (preſertim catholicorū Regū impenſis conſtructorū) pauperūq; & miſerabiliū ad illa pro tempore confluentiū, & in illis deſeruientiū perſonarum indemnitatibus conſulatur, & oportunitatibus ſubueniatur, ipſaq; hoſpitalia (prout Regū preffatorū deuotio expoſcit) proſperis auctore domino iugiter proficiant incrementis. Dudū ſiquidē a nobis emanarunt literæ Tenoris ſubſequētis.

IVLIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Tenor lite. Iu.

AD Romani pontificis ſpectat officium, ſuorum prædeceſſorum inherendo ueſtigiis, illaquæ per ipſos predeceſſores laudabiliter, ac prouida ratione pro pauperum, & miſerabilium perſonarum neceſſaria ſubuentione, & alias conceſſa ſunt ſui muniminis robore confirmare, ut eo maiorem obtineant roboris firmitatē, quo ſepius fuerint apoſtolico preſidio cōmunita. Dudū ſiquidē a fælicis record. Innocentio Papa. viii. predeceſſore noſtro emanarunt literæ Tenoris ſubſequentis.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ET ſi commiſſo nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis Iugo, Ecclefiis, & piis

Tenor lite. Inn.

locis

locis omnibus (ut eorum priuilegia conseruentur) assistere teneamur officio pietatis, Hospitali tamen nostro sancti Spiritus in saxia de urbe, illiusq; personis, locis & mẽbris, in eorum priuilegiis & iuribus conseruandis, eo fauorabilius NOS adesse conuenit, illa nostri muniminis præsidio firmius stabiliri, quo Hospitale ipsum nostræ Curiæ specialius & commissum, in nostris propinquius adhereat uisceribus charitatis. Dudum siquidem fœlicis record. HONORIVS Papa, iiii. prædecessor noster. Dilectis filiis Magistro, fratribus hospitalis nostri sancti Spiritus de urbe ordinis sancti Augustini, ut de Vsuris Rapinis, Incendiis (præter ecclesiarum incẽdia) damnis datis, & aliis rebus male acquisitis (si in quibus eorum restitutio fieri debeat, inueniri seu sciri non possent) Necnon De his, quæ indistincte ad pios usus in ultimis uoluntatibus relinquebantur, ac etiam De redemptionibus uotorũ, Hyerosolymitano dumtaxat excepto. De iuramẽtis temere attẽtatis. De diuinorum officiorũ obmissionibus, & nõnullis aliis casibus componere possent, & in usus pauperũ dicti Hospitalis conuertere concessit, mandans uniuersis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis ecclesiarum Prælatis, ac personis ecclesiasticis, ut Fratres, & Nuncios dicti hospitalis ad præmissa admitterent. Et omnibus, qui fratribus ipsis de bonis sibi a deo collatis subuenirent, relaxare septimam partem iniunctę pænitẽtiæ. Ac concessit plenariam remissionẽ in mortis articulo largientibus, seu trãsmittẽtibus de bonis suis eidẽ hospitali. Et deinde. BONIFATIVS papa, viii, etiã prædecessor noster omnibus bene factoribus dicti hospitalis concessit tres annos, & totidẽ quadragenas indulgẽtiarũ in certis festiuitatibus tunc expressis, & in Octauis dictarũ festiuitatũ singulis illarum diebus, & singulis diebus Quadragesimæ. & singulis diebus Veneris totius anni, unũ annũ, & quadraginta dies. Largientibus uero, aut trãsmittẽtibus de bonis suis eidẽ hospitali pro sustentatione pauperũ cõcessit plenariã remissionẽ a pena & culpa In mortis articulo. & personis ecclesiasticis tã uiris, q̃ mulieribus, quæ circa diuina officia aliquid obmisissent, & de bonis suis eidẽ hospitali largientibus defectus remisit. Ac uoluit, q; in aduentu magistri & fratrũ ad loca interdicta ecclesiæ aperirentur, & ianuis apertis in illis diuina officia celebrarẽtur. Corporaq; tunc decedẽtiũ ecclesiasticæ sepulturæ traderẽtur, & descripti in libro confratriæ dicti hospitalis, tẽpore interdicti decedẽtes ecclesiasticæ sepulturæ ẽt traderẽtur. & successiue Vrbanus papa. v. ẽt prędecessor noster cõcessit omnibus benefactoribus dicti hospitalis, ut cõfessorẽ idoneũ eligere possent, qui ipsos semel in uita absoluere possent in omnibus casibus etiã sedi apostolicæ reseruatis. concessit etiã omnibus confratribus dicti hospitalis in ipsius confratriæ libro descriptis, soluendo in eorũ introitu dictæ confratriæ triginta denarios turoneñ. argenti, & quolibet anno unũ similẽ denariũ, plenariã remissionẽ a pœna & culpa in mortis articulo. Et q; Magister, cõmendatores, & fratres possẽt limitare dictã quantitatẽ illã soluere nequentibus, cũ certis aliis indultis. Et insup Clemens pap. v. similiter prædecessor noster similes indulgentias & remissiones cõcessit, ac subsequenter Eugenius Papa. IIII. similiter prædecessor noster etiam omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis, quãm Sæcularibus utriusq; sexus fidelibus, qui in Confraternitate huiusmodi recepti in illius libro descripti forent, ac tres florenos Auri de Camera in principio receptionis ipsorum, necnon successiue Annis singulis unum grossum quorum decem, unum florenum similem constituerent Camerario dicti Hospitalis persoluerent q; singuli Sacerdotes idonei per eos post solutionem trium florenorum hmõi eligendi, eis in mortis articulo plenariam remissionem

Margin notes: Hono. iiii. — Confessionale. — Boni. viii. — Indul. Quadra. — Vrba. v. — Cleme. v. — Euge. iiii.

concedere possent, ac eos semel in uita absoluere in omnibus casibus (etiā sedi Apostolicæ reseruati) uoluit & decreuit. Preterea MARTINVS papa .v. etiā predecessor noster, prout in literis Eugenii quarti de super in forma rationi congruit, cōfectis plenius continetur, certis iudicibus dedit in mandatis, ut omnibus, & singulis tam Ordinariis, Delegatis, eorumq; officialibus, ac quibusuis Dominis tēporalibus & aliis ad hoc deputatis, Tabellionibus atq; scribis cuiuscunq; status gradus, dignitatis uel preeminentiæ aut conditionis forent, ut pro licentia adhibenda, uel prestāda, & super ea literis testimonialibus conficiendis, sigillandis & concedendis a prædictis fratribus, nuntiis & personis singulis, annis singulis pro literis & licentia quaslibet ultra unum florenū auri de camera nō peterent, seu recipērēt, aut exigi, & recipi permitterent. Quodq; super decimis & fructibus aliis ecclesiasticis Terrarum, Agrorum, Vinearū ad prefatum Hospitale spectantium nuntios, & fratres, & personas Hospitalis predicti, illiusq; loca, & membra non grauarent sub excōmunicationis pena ipso facto mandauit. decernens irritū, & inane si secus super his a quoquā quauis auctoritate sciēter uel ignorāter cōtigeret attētari. rursus IOANNES papa. xxii. etiā predecessor noster cōcessit Magistro, & fratribus predictis, ut possent cōponere de usuris, rapinis, incendiis, & aliis premissis, prout. HONORIVS papa. iii. concesserat. Itē. INNOCENTIVS papa. iii. etiam predecessor noster fundator dicti hospitalis, dedit & concessit, ad fidem, & deuotionē fideliū, ac salutē animarū hospitale predictum uisitantibus, & omnia eius membra, a festo Natiuitatis domini nostri Iesu Christi singulis diebus usq; ad octauam eius, duo millia annorum, & octingentos annos indulgentiarum. Item idem Innocentius cōcessit Hospitali predicto, & eius mēbris singulis festiuitatibus apostolorum duo millia annorum indulgentiarum. Item Innocētius predictus cōcessit hospitali predicto, & eius mēbris singulis diebus totius anni unū annū, & quadraginta dies indulgētiarū. Item ALEXANDER papa. iii. similiter predecessor noster cōcessit hospitali predicto, & eius membris, a festo sancti Spiritus de mense Ianuarii singulis diebus usq; ad octauam eiusdem anni quatuor millia annorum, & octingentas quadragenas, & remissionem septimę partis omnium peccatorum de indulgentiis. & Dominica in qua cantatur pro introitu missę. Omnis terra Alexander predictus concessit Hospitali predicto, & eius membris omnibus & singulis primis diebus Dominicis mensium totius anni tria millia annorum, & totidem quadragenas & remissionem tertię partis omnium peccatorum. Alexander predictus concessit hospitali predicto, & eius membris, in festo Corporis Christi singulis diebus usq; ad octauam duo millia annorum, & remissionem septimæ partis omnium peccatorum. CELESTINVS papa. v. concessit Hospitali predicto & eius membris a festo Epiphanie usq; ad octauam, singulis diebus cētum milia annorū, de indulgentiis. Item Celestinus papa sextus concessit Hospitali predicto, & eius membris in festo Natiuitatis uirginis Mariæ & per octauam singulis diebus triginta annorū de indulgentiis. Item CLEMENS. v. cōcessit hospitali predicto & eius membris, a festo Resurrectionis domini nostri Iesu Christi usq; ad octauā eius, singulis diebus duo millia annorum, & octingentos annos de indulgentiis. Item. BONIFATIVS pap. v. concessit Hospitali predicto & eius mēbris a festo Ascensionis domini nostri Iesu Christi singulis diebus usq; ad octauā eiusdē, duo millia annorū, & octingentos annos de indulgētiis. Itē Clemēs pa. vi. cōcessit hospitali predicto, & eius mēbris a festo Pentheco. usq; ad octauā eius singulis diebus octo millia annorū, & octo millia

Martinus .v.

De decimis & fructibus Hospi.

Facultas componendi.

Innocen. iii.

Alexander. iii.

Primis dieb. Dominicis cuiusq; mensis tria mi. ia annorum Indul.

In festo epipha. centū milia annorum.

Clemens. v.

quadragenarū,

quadragenarum, & remissionem omnium peccatorum plenariam. Item Innocentius Papa VI concessit Hospitali prędicto & membris eius a festo Assumptionis beatæ Mariæ uirginis usq; ad octauam eius singulis diebus, duo millia annorum, & duo millia quadragenarum de indulgentiis. Item BENEDICTVS Papa quartus concessit Hospitali prędicto & eius membris, a festo Omnium Sanctorum usq; ad festum sancti Leonardi tria millia annorum, & totidem quadragenarum De indulgentiis Summa dierū Veniæ a summis Pontificibus, sexaginta Archiepiscopis etiā septuaginta Episcopis in Consistorio Lateraneñ. auctoritate Apostolica confirmatorum septingentos annos& totidem quadragenas. Summa Missarum totius ordinis per annum Triginta duo millia, & totidem Psalteria a fratribus eiusdem ordinis. Preterea est concessum eisdem Benefactoribus Fraternitatis & Confraternitatis, in Missis, Matutinis, Vigiliis, Ieiuniis, Elemosinis, quæ fiunt in toto ordine in perpetuum. Item Nicolaus papa. v. prędecessor noster Archiepiscopis& Episcopis in uirtute sanctæ obedientię et sub excommunicationis pœna iniunxit, ut dum fratres dicti Hospitalis ad eorum loca pro elemosinis colligendis accederent illos benigne recipientes ipsos elemosinas huiusmodi quærere permitterent. ac Hospitalia, & membra dicti Hospitalis ab omni iurisdictione quorumcūq; ordinariorum exemit, & illa sub sua & beati Petri protectione suscepit, ita ut nullus fratres dicti hospitalis excōmunicare aut loca & membra ipsius hospitalis ecclesiastico interdicto supponere posset. decernens extunc irritum, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, uel ignoranter contigeret attentari, Ac certa alia eisdem fratribus, & locis indulsit in forma communi. Demum uero SIXTVS Papa. IIII. similiter prędecessor noster omnes libertates, immunitates & indulgentias, tam a fæ. re. Bonifacio Pap. v. Vrbano. vi. Ioanne. xxii. Alexandro. v. Innocētio. v. Martino. v. Eugenio. iiii. Nicolao. v. Calixto. iii. Pio. ii. et Paulo etiam. ii. Rom. pontificibus q̄ aliis prędecessoribus suis, siue per priuilegia, siue alias indulgentias Magistro, & Fratribus, ac Hospitali prędictis & membris eiusdem eatenus concessas, illas pro sufficiēter expressis habens ac si de uerbo ad uerbum insertæ fuissent, necnon libertates & exemptiones sæcularium exanctionum a Regibus, & Principibus dicto Hospitali, membris, & locis eis subiectis concessas, auctoritate apostolica approbauit, & confirmauit prout in literis singulorum prędecessorum desuper confec. quarum ac omnium aliorū prę missorum tenores (ac si de uerbo ad uerbum insererentur) pręsentibus haberi uolumus pro expresso & plenius contineri. Quare pro parte dilecti filii Pii eiusdem Hospitalis Magistri, & fratrum aliorum hospitalium, membrorum, & locorū dicti hospi. subiectorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut concessionibus, indultis, statutis, decretis, prelationibus, & aliis pręmissis pro illorū subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adiicere, aliasq; in pręmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremus. NOS igitur (qui Hospitale prędictum tanquam nobis peculiare nostris specialiter gerimus in uisceribus charitatis) huiusmodi supplicationibus inclinati concessiones, indulta, statuta, decreta, relaxationes, & literas prędictas cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, cæteraq; pręmissa, auctoritate apostolica tenore pręsentiū approbamus, & confirmamus, ac pręsentis scripti patrocinio communimus. decerneñ. illa omnia, & singula perpetuæ firmitatis robur obtinere nō obstantibus constit. & ord. apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus hospitalis, & ordinis prędictorum iuramento confirmatis, apostolica uel quauis firmitate alia

Benedictus. iiii.

Summa Ind.

Summa Missarum & Psalteriorum.

De particip. Bo.

Nicolaus. V.

Sixtus. iiii.
Bonifa. V.
Vrbanus. VI.
Ioan. XX. II.
Alexan. V.
Innocen. V.
Marti. V.
Euge. iiii.
Nico. V.
Calix. iii.
Pius. ii.
Paulus. ii.

Confir. indul. Hospitalis.

roboratis, cæterisq; contrariis quibuscūq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communicationis, & constitutionis infringere, uel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum apostolorum eius Petri, & Pauli se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadragētesimo octuagesimo quinto, Duodecimo Kal. April. Pont. nostri Anno secundo.

INNOCENTIVS EPISCO.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bulla Innocen. Hospitali sancti Spiritus cōcessa.

ET si sedes apostolica multos pauperes, & miserabiles personas maternæ pietatis officio confouere & iuuare teneatur, infantes tamen expositos, & præsertim in Hospitali nostro sancti Spiritus in saxia de urbe, quod ante oculos nostros situ est, & ære apostolico per Romañ. pontifices prædecessores nostros fundatum & dotatum extitit, ac pluribus & diuersis priuilegiis & prærogatiuis insignitum, in singulari charitate seu clementia in uisceribus charitatis complecti consueuerit. At Nos ita spetialibus fauoribus, & auxiliis prosequimur, quod ipsorum sustentationi & recreationi, Necnon saluti animarum fidelium (illorum maxime suas operarias manus super hoc porrigentium) opportune prouideri, & salubriter consuli ualeat. Cum itaq; (sicut fide dignorum testimoniis accepimus, & experientia ipsa didiscimus) quamplures infantes pauperes, ac dictum hospitale dietim defferuntur, & ad illud pauperes miseri & aliæ miserabiles personæ quotidie in copioso numero confluunt, & inibi charitatiue recipiuntur, & pertractantur, & adeo quod ipsius facultates ad huiusmodi pia opera exercenda non suppetunt, & in futurum uerisimiliter suppetere non poterūt nisi suffragio ipsorum fidelium adiuuentur. NOS igitur cupientes (quantum nobis ex alto conceditur) Populum Christianum deo reddere acceptabilē, & bonorū operū sectatorem, ac necessitatibus infantium expositorum & pauperum infirmorū & aliarum miserabilium personarum huiusmodi subuenire, eosq; & alios fideles Indulgētiis, & Remissionibus prosequi. omnibus & singulis fidelibus utriusq; sexus, qui unum uel unam ex ipsis infantibus expositis penes se receperint, eumq; seu eam usq; ad tempus debitum lactauerint, seu lactare fecerint, ipsum seu ipsam ad annos unum cum dimidio propriis expeñ. aluerint, seu ali fecerint, & uirgines seu domicellas expositas apud eosdem fideles (ut prefertur) receptas, uel aliquam aliam ex dicti hospitalis expositis de propriis facultatibus nupserint siue maritauerint, aut eidem Hospitali illud tantum erogauerint quod sufficiat ad lactandum, seu alendum infantes expositos, aut maritandas uirgines domicellas expositas huiusmodi unam uel plures. Necnon pauperibus infirmis & miserabilibus personis, ac aliis fidelibus Christianis quos in præfato Hospitali etiam decedere contigerit, quod quilibet, seu quelibet ex eis aliquem idoneum Presbyterum sæcularem, uel regularem in suum possit eligere confessorem, qui omnium peccatorum suorum (etiam in omnibus casibus eidem sedi specialiter reseruatis (de quibus corde contritus & ore confessus, uel contrita & cōfessa fuerit, semel in Vita & semel in Mortis articulo, plenariam remissionem sibi in sinceritate fidei, unitate sanctæ Matris ecclesiæ ac obedientia, & deuotione nostra, &

De multitudine Infan. expositorum & miserorū.

De his qui recipiunt prædictos infan. & virgines maritant.

Absolu. de omnibus casibus & Ple. Re. Pecca.

successorū

successorum nostrorum Romañ. pont. canonice intrantium persistenti impendere ualeat, licentiam & facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, & pariter indulgemus Constitutionibus, & ordinat. apostolicis, ac dicti Hospitalis statutis, & consuetudinibus, iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis cęterisq; contrariis non obstantibus quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam concessionis, & indulti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis dominicæ Millesimo quadringẽtesimo octuagesimo octauo, Decimo Kal. Octobris. Pốt. nostri Anno quinto. — Facul. Aposto.

QVARE pro parte dilecti filii Albertini de Rueere Preceptoris dicti Hospitalis, & totius ordinis Magistri generalis, nobis fuit humiliter supplicatum, ut singulis literis prędictis pro illarũ subsistentia firmiori robur nostræ approbationis adiicere ac aliis in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. — Suppli. Alberti. Magistri Gene.

NOS IGITVR qui eorundem prędecessorum nostrorum uestigiis inherentes, Hospitale prędictum, & illius membra propter multiplicia charitatis opera quæ in illis exercentur, gerimus in uisceribus nostræ dilectionis, huiusmodi supplicationibus inclinati singulas litteras prędictas Auctẽ Apostolica tenore præsentium innouamus, & approbamus, ac perpetuę firmitatis robur obtinere debere decernimus. Et nihilominus oĩbus & singulis gñalibus, ministris, Prioribus, puincialibus, guardianis, Fratribus, & Religiosis quatuor ordinis mendicantium et minorum obseruantia nuncupatorum. Prędicatorum, Heremitarum sancti Augustini, necnõ beatæ Mariæ de monte Carmelli in uirtute sanctæ obedientiæ pręcipimus, & mandamus, quatenus postquam pro parte dicti Pręceptoris fuerint super hoc requisiti, singulas lĩas prędictas, ac in illis contenta quæcunq; in eorum ecclesiis capellis, domibus, & aliis piis locis, dominicis, & aliis festiuis diebus infra missarum, & aliarum diuinarũ horarũ solennia, clero & populo prędicare, supplicare, & intimare, ac prędicari publicari, & insinuari facere procurent. & insuper quia difficile foret pręsentes litteras ad singula loca (ad quæ expediens fuerit deferre) uolumus, & dicta apostolica auctoritate decernimus, q̃ transumptis pręsentium literarum manu notarii publici subscriptis, & sigillo pręffati Pręceptoris, uel alterius plati ecclesiastici munitis, plena fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, prout eisdem originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ uel ostensæ. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac Hospitalis, & ordinis prędictorum iuramento confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, necnon omnibus illis, quæ in singulis literis prędictis concessum est. Non obstan. cæterisq; contrariis quibuscunq;. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis approbationis, constitutionis, uoluntatis & decreti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo sexto. quinto Kal. Augu. Pontificatus nostri, Anno tertio.

Ple. Præ. potest.

De fide adhibẽ. transumpt. Hos.

LEO EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bulla leo. Pōt.

VNiuersis & singulis Christifidelibus pręsentes literas inspecturis, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Postquam ad apostolatus apicem (diuina dispo nente clementia) fuimus assumpti, considerantes Basilicam principis apostolorum de urbe, toto orbe terrarum uenerãdam a fęlicis record. Iulio. ii. prędecessore nostro ea mere demolitam fuisse, ut sumptuosissimo opere ad honorem, & gloriam omnipotentis dei a fundamentis (sicuti iam inceperat) construeret, duximus piis ea in re uestigiis ipsius prędecessoris nostri inherendum esse, atq; adeo Basilicam ipsam (quantum in nobis fuerit dante domino) prosequi, atq; perficere. Verum cum tanto operi, nostrae solae, & huius sanctae sedis non suppetant facultates, Vniuersos Christifideles spiritualibus gratiis, indulgentiis, & peccatorum remissionibus ad porrigendas eidem fabricae manus adiutrices inuitamus. & ut piae fidelium erogationes ad id uberiores forent inter suspeñ. quarumcunq; indulgentiarum, quibusuis ecclesiis, monasteriis, & hospitalibus, etiam nostro sancti Spiritus in Saxia de urbe, & aliis piis locis, hactenus per prędecessores nostros Romañ. Pontifi. & nos ac sedem apostolic. & eius auctẽ cõcessaꝝ a nobis emanatas ꝑ diuersas lr̃as nr̃as, suspẽdimus ad annũ siue biennĩũ. aut ad certum aliud determinatum tempus etiã ad beneplacitum nostrum, omnes & singulas indulgentias & facultates per ipsos Ro. Pont. prędecessores nr̃os, atq; etiam per nos, & sedem apostolicam prędictam sacro, & apostolico hospitali nostro sancti Spiritus in saxia de urbe pręfato, & eius membris, hactenus concessas, & per nos confirmatas, extensas, prout in aliis nostris desuper aeditis literis plenius continetur. quarum tenores hic pro expresse de uerbo ad uerbum haberi uolumus. in pręsentiarum autem uersantes animo, q̃ laudabilia, q̃ innumerabilia, & ualde necessaria pietatis, & charitatis opera, pręcipue ad sustentandum pauperes Christi ac langueñ. curandum, necnon infantes expositos nutriendum, & puellas nubiles maritandũ in dicto hospitali nostro quotidie fiunt, & exercentur, quodq; ad id exequendum proprię ipsius hospitalis non suppetunt facultates, nisi piis Christifidelium elemosinis, & suffragiis nostris adiuuentur. atq; quod si huiusmodi tam pia & charitatiua opera negligerentur, in maximum pauperum exitium, & deo nõ acceptissimum fore facultates, & indulgentias plenarias, & temporales huiusmodi Pręceptori, & hospitali sancti Spiritus & eius membris (ut pręfertur) concessas, deinceps non in totum suspendere, sed eas potius (in aliquo limitando) de nouo confirmare, prout tenore pręsentiũ confirmamus, & limitamus. ac ad tollendum inter commissarios fabricae pręfatae, & ipsius Hospitalis nostri sancti Spiritus Pręceptorem, & eius Nuntios omnem diffidentiae & controuersiae causam, mentem, & uoluntatem nostram pręsentibus declarare.

De sūptibus Basilicae. S. Petri.

Suspẽsio gratia.

Indul. Hospi. S. Spiri. nõ suspẽ.

¶ Idcirco pręmissa omnia mature, & attente considerantes, motu ꝓprio & ex certa nostra scientia harum serie decernimus, & declaramus, q̃ durante annali, uel biennali seu quocunq; alia temporali suspeñ. pręd icta ex quauis causa etiam cruciatae contra perfidos infideles, cuicunq; Regi, aut Principi Christiano hactenus concessae uel in posterum concedendae per nos facta, aut in posterum quouis modo fienda indulgentia etiam plenaria, & omnes facultates pręffate eidem Hospitali nostro sancti Spiritus, & eius praeceptori Fratribus, & membris per praedecessores nostros praeffatos, & nos hactenus concessae, nõ intelligantur ex toto suspensae, sed in aliquo tantũmodo

matura cõs. Le.

limitare

limitare, ac in suo pristino & uero ualore, robore, & firmitate, prout inferius existere & permanere, quodq; modo infrascripto dilectus filius Alexander de Neronibus domus nostræ Magister & ac dicti, Hospitalis Preceptor, & eiusdem ordinis generalis modernus, atq; illius dicta preceptoria pro tempore successores, necnon eorundem Nuntii, Commissarii, & Procuratores, ac priores membrorum dicti hospitalis de licētia prefati Magistri generalis & nō aliter singulis annis durañ. suspeñ. huiusmodi in festo Penthecostes, & per eius octauam inclusiue indulgentias plenarias, & generales omnium peccatorum remissiones ubiq; priores uero predicti in domibus, & hospitalibus suis absq; hospitali nostro de urbe depeñ. duntaxat, Solemniter etiam cum processione, & appositione Truncorum, & Crucis in medio ecclesiarum publicare, ac illas quibuscunq; Christifidelibus porrigeñ. manus adiutrices pro sustentatione dicti hospitalis, uel eius membrorū omnibus priuilegiis indultis, gratiis, participationibus, & peccatorum remissionibus iuxta Roman. Pontif. predecessorum nostrorū concessionem, & nostram patiri. ¶ Penitentiarios quoq; etiam cum uirgis (ut moris est) Desuper deputare & alia facere quæ circa huiusmodi facultatum indulgētiarum & pecca torum remissionum usum, executionem, & concessionem necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna. ¶ quodq; iuxta tenorē litterarū sub plūbo tam a fe. re. Sixto. iiii. quā ab omnibus aliis Ro. summis Pont. predecessoribus nostris emanarunt, ac secundum extinctionem per nos de super factam antiquas, & nouas sanctas Confratrias sancti Spiritus omni tempore, & in quibuscunq; locis publicare & predicari facere, atq; instituere, ordinare & erigere, ac quoscunq; Christifideles in confratres recipere, & illis Confessionalia iuxta formā solitam, & tenorem litterarum prefati, & aliorum Roma. Pont. concedere ac cum eisdem Confratribus tantummodo omnibus & singulis gratiis, facultatibus, priuilegiis, immunitatibus, plenaris indulgentiis, & peccatorum remissionibus predictis quocunq; tempore & in quibuscunq; locis libere ut, ietiam in illis partibus & locis in quibus indulgentiæ nostre pro fabrica dictæ Basilicæ Principis apostolorum de Vrbe publicatæ existant. ¶ Necnon, q priores & Preceptores quorumcunq; hospitalium, & domorum sancti Spiritus ab hospitali nostro de Vrbe dependentium, & illud in caput suum recognoscētium, si in sacerdotio constituti per se uel alium seu alios. Si uero non fuerint sacerdotes per alios probos, idoneos, & honestos uiros cuiusuis sæcularis, uel regularis ordinis in sacerdotio constitutos confessiones quorumcunq; in hospitalibus, & domibus suis predictis solummodo audire & cum huiusmodi cōfitentes quibuscunq; facultatibus, & indulgētiis, ac peccatorū remissionibus uti, ac easdem illis de licētia dicti preceptoris generalis in festo Penthecostes, & per eius octauam inclusiue duntaxat (ut prefertur) impartiri, plene & libere possint. aliis uero temporibus sint sicuti alii sacerdotes nullam a sede Apostolica facultatem habentes. Possint tamen Quæstas solitas, & consuetas citra publicationem indulgentiarum, & traditionem confessionaliū omni tempore in terminis suis pro sustentatione domorum & hospitaliū suorū de mandato & licentia præfati Præceptoris facere. ¶ Cæterum, q præceptor & Nuntii eius, uel Cōmissarii præfati in omnibus locis in quibus dilecti filii fratres, & professores ordinis Minorum de obseruātia sancti Francisci, aut Commissarii nostri Apostolici pro dicta Fabrica deputati uel deputandi commissionem a nobis de super non haberēt siue per principes locorum ad publicationem indulgentiarum nostrarū pro Fabrica præfata nequaquam fuerint admissi quascunq; facultates, & indulgētias

Alex. de Neron

In festo Penthe Indul. Ple.

Poenitentiarii.

Concessi. Cōffe.

Facul. Sacer.

De publicatione Facul. & Priuile.

prefatas solemniter (ut premittitur) utiq; cum appositione Truncorum, & Crucis in ecclesiis publicare. & facultatibus, gratiis, priuilegiis, cōcessionibus, dispensationibus, plenariis indulgentiis & peccatorum remissionibus ac omnibus aliis predictis dicto hospitali nostro hactenus concessis uti. illasq; libere & licite etiam cum Pænitentiariis ab eis deputandis (ut prefertur) exercere. & quibuscunq; indistincte impartiri, & concedere libere & licite possint, & ualeant, ac si nulla unquam per nos seu predecessores nostros Roman. Pontif. de dictis indulgentiis & facultatibus Hospitali prefato & eius membris quouis tempore, & ex quauis causa concessis suspensio seu derogatio ex predicta, uel alia quauis causa facta fuisset predictis litteris suspēsionis sub quibusuis uerborum formis, & clausulis. etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, efficatioribus & insolitis. etiam occasione cuiusuis Cruciatæ per nos

Derogat. suspē.

concessæ uel in posterum per nos, aut successores nostros concedendæ ad instantiam cuiuscunq; emanatis & emanandis. quibus illas pro insertis & sufficienter expressis habentes, quod effectum presentium harum serie in totum derogamus. Cæterisq; in contrariū facientibus non obstantibus quibuscunq; Et ne quisquam per falsos Quæstores, & nuntios sub nomine sancti Spiritus defraudari possint, ac ad tollendas emulationes, & dissensiones, quæ inde per prefatos nuntios sancti Spiritus & Cōmissarios

Decretū Pont.

nostros fortasse exoriri possent. ¶ Demumq; ut omnia & singula premissa rite & Canonice (quantum cum deo fieri potest) fiant & dispensentur, Volumus, decernimus, & per presentes declaramus, q durante suspensione nostra prefata, dumtaxat predicti Nuntii, & cōmissarii sancti Spiritus in locis, in quibus prænominati fratres & professores ordinis Minorum de obseruātia, uel cōmissarii nostri Apostolici pro dicta Fabrica actu extiterint, & inibi Iubileum publicauerint, non possint alicui cōfessionalia cōcedere absq; subscriptione, & sigillo ipsorum fratrum uel cōmissariorū Apostolicorum, aut unius deputati ab ipsis fratribus, uel cōmissariis Apostolicis predictis una cum subscriptione & sigillo cōmissariorum sancti Spiritus. Et si fratres, aut cōmissarii ipsi apostolici in loco, in quo cōmissionē & admissionem habuerint ab ipsis nuntiis sancti Spiritus, uel eorū substitutio requisiti legitime & cum effectu fu-

Facultas Nūti. Hospitalis.

erint unum ad id infra triduum deputare renuerint siue neglexerint, tunc liceat libere dictis Nuntiis & cōmissariis Sancti Spiritus absq; alio ipsorū requisitorū interuentu Cōfratrias instituere, Cōfratres recipere, & illos describere, ac eisdē cōfessionalia absq; sigillo, & subscriptione huiusmodi libere & licite cōcedere. Quodq; dicti Cōfessores, seu Fratres, & Cōmissarii apostolici subscribentes Cōfessionalia cōfratrū sancti Spiritus debeāt habere librū duplicatū cōfratriatū cū ipsis nuntiis. s. Spiritus. in quo describātur nomina cōfratrū acceptatorū, & pecuniā solutā tā pro ingressu q̄ pro alia quacūq; gratia, uel compositione siue casu insuper. Inde professores ordinis minorū seu cōmissarii nostri apostolici in locis in quibus pro fabrica prefata fuerint admissi, & insbi (ubi publicabitur Indulgētia pro dicto nostro hospitali. s.

De modo obse. elemosinas.

Spiritus debeant habere, & tenere apud se unā Clauē capsæ in qua ponātur penitentię fideliū, erogationes & elemosinæ inde prouētura. ¶ Quæ omnia, & singula uolumus ac sub excōmunicati late setētiæ pena quā ferimus in his scriptis in cōtra faciētes. omnibus & singulis supranominatis professoribus ordinis minorū de obseruātia, & eorū generali uicario ac cōmissariis nostris apostoli. & preceptori, ac nuntiis. s. Spiritus tenore presentiū precipimus & mandamus, ab omnibus & singulis & quocunq; eorundē irreuocabiliter obseruari. ¶ Mandantes & precipiētes districte omnibus &

singulis

singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis omnibus locorũ Ordinariis Abbatibus Prioribus, Generalibus, Ministris, Prouincialibus, Guardianis, uerbi dei Prędicatoribus, parrochialium ecclesiarum Rethoribus, Monachis, & Canonicis regularibus, ac fratribus etiam minoribus de obseruantia sancti Francisci aliisq; omnibus, & singulis religiosis, personis sęcularibus, & regularibus tã mendicantium q̃ quorũmcunq; aliorum ordinum, etiam quibusuis secularibus Principibus etiam imperiali, seu regali dignitate fulgentibus, qui pro parte Pręceptoris hospitali sancti Spiritus in Saxia de urbe, aut Nuntiorum, seu Commissariorum eius prędictorũ requisiti fuerint, in uirtute sanctæ obedientię ac sub excommunicationis late sententię pœna quam in non obedientes pręsentibus literis, & decretis nostris ferimus in his scriptis, quatenus Pręceptori nuntiis, & Cõmissariis prędicti sancti Spiritus per Dioceses Iurisdictiones, Parrochias, Regna, & loca sua quęcunq; dictas indulgentias & facultates solemniter (ut pręmittitur) omni tempore publicare & pędicare, ac ipsis facultatibus, gratiis, & indulgentiis uti, & illarum occasione QVAESTAS facere, Confratrias sancti Spiritus instituere, confratres recipere, & elemosinas colligere, (ut pręfertur, & non aliter) permittant, quinimo ipsis Pręceptori Nuntiis, & Commissariis sancti Spiritus pręsentes, uel earum transumptum auctenticum deferentibus faueant & auxilium pręstent, ac ad omnem illorum requisitionem dictas indulgentias, & facultates populis in ecclesiis suis iuxta pręsentium tenorem declarent & promulgent, per ipsos nuntios, uel alios uerbi dei, prędicatores prędicari, & declarari faciant, & permittant suspensiones inhibitione, decreto & mandato nostris super pręmissis factis uel faciendis. Cæterisq; in contrarium facientes nõ obstantibus quibuscunq;. Verum quia difficile foret pręsentes litteras ad singula quæcunq; loca (ubi expediens fuerit) deferre, Volumus, & authoritate apostolica decernimus q; transumptis pręsentium litterarum manu Pręceptoris, & Scribæ siue Notarii dicti hospitalis nostri sancti Spiritus subscriptis, & sigillo capitulari eiusdem hospitalis munitis, plena fides in iudicio, & extra adhibeatur, prout eisdem originalibus litteris adhiberetur, si essent exhibitæ uel ostensæ. Quodq; transumptis pręfatis subscriptiones, & sigillum huiusmodi non habentibus nulla fides adhibeatur. constitutionibus, & ordinationibus apostolicis ceterisq; contrariis non obstantibus quibuscunq;. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die septima Martii. Millesimoquingentemo decimo quinto. Pontificatus nostri Anno secundo.

Facul. Nuntio.

Priuilegia.

Decretũ Apo st.

LEO EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Saluator dominus noster Iesus Christus, dum ad suam passionem (per quã ab eterna damnatione nos liberauit) appropinquaret, prędixit, nos sẽp pauperes nobiscũ fore habituros, & alibi nos instruit, ut cũ ꝓximi nr̃i sint, dilectionem haberemus, & pietatis opa in eos exerceremus. unde nos meritis licet imparibus ipsius saluatoris uices gerẽtes in terris, illius salutari exẽplo uniuersos xp̃ifideles ad exercẽda in pauperes charitatis opera frequenter inuitamus, ac Hospitalia aliaq; pia loca singula in quibus charitatis opera exercẽtur spiritualibus gratiarum muneribus libenter confouemus, & illa quæ per p̃decessores nostros Romañ. Pontifices propterea concessa sunt libenter approbamus, & alia de nouo concedimus, prout in domino cõspicimus

Bulla Leonis.

confectis. quarum ac omnium aliorum præmissorum tenores (ac si de uerbo ad uerbũ inserti forent) præsentibus hri uolumus pro expresse ut plenius cõtinetur. Quare pro parte dilecti filii Pii eiusdem hospitalis, Magistri & Fratrum prædictorum, necnon uniuersorum præceptorum, siue cõmendatorum, & fratrum aliorum hospitalium mẽbrorum & locorum dicto hospitali nostro subiectorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut concessionibus indultis, statutis, decretis, relaxationibus, & aliis præmissis pro illorum subsistentia firmiori robur apostolicæ confirmationis adiicere, aliasq; in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. NOS IGITVR qui hospitale prædictum tanquam nobis peculiare nostris specialiter gerimus in uisceribus charitatis, huiusmodi supplicationibus inclinati, concessiones, indulta, statuta, decreta, relaxationes, ac literas prædictas cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, cæteraq; præmissa auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Decernẽt omnia & singula perpetuæ firmitatis robur obtinere, Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus hospitalis, & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, cæterisq; contrariis quibuscũq;. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communitionis, & cõstitutionis infringere, uel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum apostolorum eius Petri, & Pauli se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadragẽtesimo octuagesimo quinto, Duodecimo Kal. April. Pont. nostri Anno secundo.

Supplicatio Pii magistri hospi.

Confirmatio literarum Aposto.

¶ Et deinde piæ me. Iulius Papa .I I. etiam prædecessor noster singulas literas prædictas auctoritate apostolica Innouauit, & approbauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decreuit, pro ut in litteris ipsius Iulii prædecessoris desuper confectis plenius continetur. Quare pro parte dilecti filii Hylarii de Senis Præceptoris dicti hospitalis, & totius ordinis Magistri generalis nobis fuit humiliter supplicatum, ut singulis literis prædictis pro illarum subsistentia firmiori robur nostræ approbationis adiicere, ac alias in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. NOS igitur (qui dictum Hospitale singulari deuotione prosequimur, & in uisceribus gerimus charitatis) Cupientes, ut litteræ prædictæ & in eis contenta quæcunq; eo magis obseruentur, quo clarius constituerit ea deliberatione approbata, qua fuerint concessa, dictorum uestigiis prædecessorum inherentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, singulas prædictorum Sixti, & Innocentii, ac aliorum nostrorum prædecessorum litteras, & in eis contenta Priuilegia, Immunitates, Facultates, Exemptiones, Libertates, Gratias, Indulgentias, Concessiones, Remissiones, Institutiones, Ordinationes, & Indulta quæcunq; auctoritate prædicta tenore præsentium approbamus, & innouamus. ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & in membris Ecclesiis, & locis ab eodem hospitali dependeñ. tam in dicta Vrbe, q̃ extra eam consisteñ. obseruari debere decernimus. ¶ Ac pro potiori cautela præmissa omnia, & singula (prout per dictos prædecessores concessa fuerunt) eidem Hospitali specialiter, & de nouo, auctoritate & deuotione prædictorum concedimus, & indulgemus. ¶ NEC NON, Confraternitatem cum

Approbatio Iulii.ii.

Robur Priuilegiorũ Hospita.

omnibus

omnibus & singulis Cōcessionibus, Indultis, facultatibus, indulgētiis, & peccatorum Remissionibus illis pro tempore concessis prędictis ad omnia, & singula membra, ecclesias & loca, tam ab ipso Hospitali pro tempore dependentia, quam alia ad quæ Præceptorem, Magistrum Generalem eiusdem Hospitalis pro tempore existentes, seu eius Nuntios pro tempore declinare contigerit, in quibus similes Confraternitates cum eisdem concessionibus, indultis, facultatibus, priuilegiis, & peccatorum remissionibus per eundem Hylarium, & pro tempore existeñ. Præceptorem instituí possint. & quęcunq; institutiones & ordinationes dictarum Confraternitatum absq; ipsius generalis Magistri pro tempore existentis expresso cōsensu in membris, ecclesiis, & locis huiusmodi forsan factæ, & in posterum nullius roboris uel momenti existant. Et insuper omnia & singula Hospitalia, Oratoria, Ecclesias, Capellas Altaria, & loca dicti ordinis, in quibuscunq; partibus a sæcularibus, & personis ecclesiasticis possessa, & occupata seu detenta ubicūq; existentia, etam si nō fuerint possessa seu detenta ubicunq; existentia, etiam si non fuerint possessa uel recepta per dicti hospitalis pręceptorē aut fratres, & religiosos dicti ordinis sub inuocatione, & nomine sancti Spiritus intitulata, tanquam membra dicti Hospitalis & ab eo dependeñ. ac eidem Hylario, & pro honore existenti pręceptori, & Magistro generali subiecta & ad instar aliorum annuatim respectiue contribuentium contributorias, & contributoria fore & esse, ac per ipsum Præceptorem & generalem Magistrum corrigi, & uisitari, illorumq; Rectores, & gubernatores (si de iure amouendi forent) amoueri, & alias personas idoneas loco illorum deputari posse. ¶ Necnon pręsentes literas sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, seu modificationibus per nos & sedem apostolicam, ex quacunq; causa quantumcunq; excogitabili pro tempore factis & concessis nullatenus comprehensas, sed ab illis semper exemptas. & quoties illic emanabunt, toties in pristinum statum repositas esse. sicq; per quoscūq; iudices & Commissarios, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores in quacunq; instañ. iudicari, & diffiniri debere sublata eis, & eorum cuilibet alteri iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate. Irritū quoq; & inane a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari, decernimus & extendimus & ampliamus, ac statuimus & ordinamus. ¶ Nec non omnibus, & singulis Generalibus, Ministris, Prouincialibus, Guardianis, Fratribus, & aliis quibuscunq; religiosis personis mendicantium, & aliorum quorumcunq; ordinum, in uirtute sanctæ obedietię pręcipimus & mandamus, quatenus postquam pro parte Pręceptoris, Magistri generalis, & aliarum personarum Hospitalis huiusmodi, uel alicuius eorum requisiti fuerint, pręmissa ac pręsentes litteras huiusmodi in eorum ecclesiis, capellis, domibus & aliis piis locis, dominicis, & aliis festiuis diebus infra missarum, & aliarum diuinarum horarum solemnia Clero, & populo publicare, & intimare seu publicari, & intimari facere teneātur. ¶ Verū quia difficile foret pręsentes literas ad singula loca (ad quæ expediens fuerit deferre) uolumus, & dicta auctoritate decernimus, q; transumptis pręsentium & aliarum quarumcunque nostrarum & dictorum pręcedessorum Hospitali, & illius ordini prædicti concessarum literarum manu Notarii dicti Hospitalis subscripti, & sigillo Præceptoris eiusdem Hospitalis pro tempore existentis munitis, plena fides in iudicio, & extra adhibeatur, prout eisdem Originalibus litteris adhiberetur, si forent exibitæ, uel ostensæ. Quodque transumptis præfatis subscriptionem &

Cōstitutio. possunt institu per Præceptorem.

Indulta Hospi. sub nullis suspē. comprehendūt.

Mandatū Apo.

De fide adhibē. Transum. Hos.

De uigore Cōsti tuti. hospi. S. Spūs.

sigillum Preceptoris huiusmodi non habentibus, nulla fides adhibeatur. Non obstā tibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac Hospitalis, monasterii, & ordinis predictorum Iuramento, Confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Necnon omnibus illis, quæ in singulis lite ris predictis concessa sunt, non obstañ. cæterisq; contrariis quibuscunq;. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, decreti, concessionis, indulti, extensionis, ampliationis, statuti, ordinationis, pre cepti mandati uoluntatis & constitutionis infringere, uel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis dei, ac bea torum apostolorum eius Petri, & Pauli se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrū Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingētesimo decimotertio Idus Martii. Pont. nostri Anno primo.

INNOCENTIVS EPISCO.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM

Inno. Bulla

ET si sedes apostolica cunctos pauperes, & miserabiles personas maternæ pietatis officio confouere, & iuuare teneatur, infantes tamen expositos, & presertim in nostro Hospitali sancti Spiritus in saxia de Vrbe, quod ante oculos nostros sitū est & ære apostolico per Romanos pontifices predecessores nostros fundatum & dotatū extitit, ac pluribus & diuersis priuilegiis, & prerogationibus insignitum singulari charitate sua clementia in uisceribus charitatis complecti consueuit, ac eos ita speci alibus fauoribus, & auxiliis prosequitur, quod ipsorum substentationi, & recreationi necnon saluti animarum fidelium illorum maxime suas operarias manus super hoc porrigentium, opportune prouideri, & salubriter consuli ualeat. Cum itaq; sicut fide dignorum testimoniis accepimus, & experientia ipsa didicimus q̄ plures infantes pau peres ad dictum Hospitale deferantur, & ad illud pauperes infirmi, & aliæ miserabi les persone quotidie in copioso numero confluant, & inibi charitatiue recipiantur, & pertractentur, adeo quod ipsius facultates ad huiusmodi pia loca exercenda non sup petunt, & in futurum uerisimiliter non poterunt suppetere, nisi suffragio ipsorum fide lium adiuentur. NOS igitur cupientes (quantum nobis ex alto conceditur) populū Christianum deo reddere acceptabilem, & bonorum operum sectatorem, ac necessi tatibus infantium expositorum & pauperum infirmorum, & aliarum miserabilium personarū huiusmodi subuenire, eosq; & alios fideles Indulgentiis & Remissionibus prosequi. Omnibus, & singulis fidelibus utriusq; sexus, qui unum, uel unam ex ipsis infantibus expositis penes se receperint, eumq; seu eam usq; ad tempus debitum lacta uerint, seu lactari, ipsumque seu ipsam usque ad annum unum cum dimidio propriis expensis aluerint, seu ali fecerint, & Virgines seu Domicellas expositas apud eosdem fideles (sic ut præfertur) receptas, uel aliquam aliam ex dicti Hospitalis expo sitis, de propriis facultatibus nupserint seu maritauerint, aut eidem Hospitali aliquid tantum erogauerint quod sufficiat ad lactandum seu alendum infantes expo sitos, aut maritandas uirgines domicellas expositas huiusmodi unam uel plures, nec non pauperibus infirmis, & miserabilibus personis, aut aliis fidelibus Christianis, quos in prefato hospitali etiam accedere contigerit. q; quilibet seu quelibet ex eis

De numero co piosio pauperū ad hospi. cōflu.

De recipientib⁹ penes se Infan. & Virgi. expos.

aliquem

aliquem idoneum presbyterum secularem, uel regularem in suum possit eligere confessorem, qui omnium peccatorum suorum (etiam in omnibus casibus eidem sedi reseruatis) specialiter de quibus corde contritus & ore confessus, seu contrita & confessa fuerit, semel in uita, & in mortis articulo, plenariam remissionem sibi in synceritate fidei, unitate sanctæ matris ecclesiæ ac obedientia, & deuotione nostra, & successorũ nostrorum Romanorũ pont. canonice intrantium persistenti impendere ualeat licentiã & facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus & pariter indulgemus. constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac dicti hospitalis statutis, & consuetudinibus, iuramento, confirmatione apostolica uel quauis firmitate alia roboratis, cęterisq; contrariis non obstantibus quibuscunq;. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis & indulti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicę Millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo. Decimo Kal. Octobris. Pontificatus nostri. Anno quinto.

Electio Cõfess.

Plenaria remiss.

ALEXANDER EPISCO.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM

VNiuersis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis ecclesiarum Prælatis ecclesiasticis Dominis & ubiq; terrarũ communitatibus, Salutem & apostolicam benedictionem. Attendentes, q; Hospitale nostrum Sãcti Spiritus in Saxia de Vrbe magnum infirmorum numerum, & languentium personarum, proiectorum infantium ad illud declinantium continuo habet supportare, & q; ipsius redditus ad id faciendum non suppetunt, atq; nostri prædecessores Romani Pontifices propterea inclinati, diuersas indulgentias eidem concesserunt, quibus uolentes in Confraternitatem dicti hospitalis se inscribi facere, gaudeant, pro ut in concessionibus dictorum Romanorum Pontificum per nos in genere confirmatis latius continetur. NOS propterea moti, ac etiam cupiẽtes dictum Hospitale fauoribus, & gratiis prosequi opportunis, ut infirmi expositi prædicti melius possint in eorum necessitatibus ad dictum Hospitale se sustentare, tenore præsentium dictas indulgentias eidem hospitali concessas confirmamus. ac etiam concedimus, pariter & indulgemus, ut Indulgentiæ ipsę iuxta tenorem prædictarum literarum possint prædicari, & nuntiari, & quęcunq; ex eis a fidelibus porrigentur, & recipi ac in utilitatem hospitalis, & infantium expositorum, & languentium prædictorum exponi. In contrarium fauentibus non obstan. quibuscunq;. Datum Romę apud sanctum Petrum Sub Annulo piscatoris. Die decima quarta Septembris. Anno incarnationis dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto. Pontificatus nostri Anno quarto.

Breue Alexand.

Confirmatio indulgen. hosp.

De publicati. In.

IVLIVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Breue Iulii Pō. Maxi.

DIlectis filiis Preceptori, & Fratribus hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de Vrbe ordinis sancti Augustini Salutem, & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est & honestum, tam uigor equitatis, q̄ ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. quapropter dilecti nobis in domino filii, uestris iustis postulationibus gratato concurrētes assensu omnes libertates, & immunitates a predecessoribus nostris Roman. pont. siue per priuilegia, uel alias indulgētias uobis, & hospitali uestro, ac Cōfraternitati sancti Spiritus in illo auctoritate apostolica institutę concessas, necnon libertates, & exemptiones sęcularium exactionum a Regibus & Principibus, ac aliis Christifidelibus uobis, & hospitali, ac Confraternitati prefatis rationabiliter indultas sicut eas iuste & pacifice possidetis, uobis & per uos eisdem hospitali, & confraternitati prefatis auctoritate apostolica cōfirmamus, & presentis scripti patrocinio cōmunimus. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romę apud sanctum Petrum Anno incarnationis dominicę Millesimo quingentesimo quarto. Decimo kal. Iunii. Pontificatus nostri Anno primo.

Confirmatio indulgentia. Hos.

IVLIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

fo. CXII.

ILlius, qui in altis habitat, & humilia respicit (licet imparibus meritis) uices gerētes in terris, circa hospitalium, & aliorum piorum locorū quorumlibet statū salubriter dirigendū, paternis & sollicitis studiis intendentes, ea libēter cōcedimus, per quæ hospitaliū predictorū (presertim catholicorū Regū impensis constructorū) pauperūq; & miserabiliū ad illa pro tempore confluentiū, & in illis deseruientiū personarum indemnitatibus consulatur, & opportunitatibus subueniatur, ipsaq; hospitalia (pro ut Regū prefatorū deuotio exposcit) prosperis auctore domino iugiter proficiant incrementis. Dudū siquidē a nobis emanarunt literæ Tenoris subsequētis.

IVLIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Tenor lite. Iu.

AD Romani pontificis spectat officium, suorum prædecessorum inherendo uestigiis, illaque per ipsos predecessores laudabiliter, ac prouida ratione pro pauperum, & miserabilium personarum necessaria subuentione, & alias concessa sunt sui muniminis robore confirmare, ut eo maiorem obtineant roboris firmitatē, quo sepius fuerint apostolico presidio cōmunita. Dudū siquidē a fælicis record. Innocentio Papa .viii. predecessore nostro emanarunt literæ Tenoris subsequentis.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Tenor lite. Inn.

ET si commisso nobis desuper Apostolicæ seruitutis Iugo, Ecclesiis, & piis

locis

locis omnibus(ut eorum priuilegia conseruentur)assistere teneamur officio pietatis, Hospitali tamen nostro sancti Spiritus in saxia de urbe, illiusq; personis, locis & mēbris, in eorum priuilegiis & iuribus conseruandis, eo fauorabilius NOS adesse conuenit, illa nostri muniminis præsidio firmius stabiliri, quo Hospitale ipsum nostræ Curiæ specialius & commissum, in nostris propinquius adhereat uisceribus charitatis. Dudum siquidem fælicis record. HONORIVS Papa, iiii. prædecessor noster, Dilectis filiis Magistro, & fratribus hospitalis nostri sancti Spiritus de urbe ordinis sancti Augustini, ut de Vsuris Rapinis, Incendiis(præter ecclesiarum incēdia) damnis datis, & aliis rebus male acquisitis(si in quibus eorum restitutio fieri debeat, inueniri seu sciri non possent) Necnon De his, quæ indistincte ad pios usus in ultimis uoluntatibus relinquebantur, ac etiam De redemptionibus uotorū. Hyerosolymitano dumtaxat excepto. De iuramētis temere attētatis. De diuinorū officiorū obmissionibus, & nōnullis aliis casibus componere possent, & in usus pauperū dicti Hospitalis conuertere concessit, mandans uniuersis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis ecclesiarum Prælatis, ac personis ecclesiasticis, ut Fratres, & Nuncios dicti hospitalis ad præmissa admitterent. Et omnibus, qui fratribus ipsis de bonis sibi a deo collatis subuenirent, relaxare septimam partem iniunctę pænitētiæ. Ac concessit plenariam remissionē in mortis articulo largientibus, seu trāsmittētibus de bonis suis eidē hospitali. Et deinde. BONIFATIVS papa. viii. etiā prædecessor noster omnibus benefactoribus dicti hospitalis concessit tres annos, & totidē quadragenas indulgētiarū in certis festiuitatibus tunc expressis, & in Octauis dictarū festiuitatū singulis illarū diebus, & singulis diebus Quadragesimæ, & singulis diebus Veneris totius anni, unū annū, & quadraginta dies. Largientibus uero, aut trāsmittētibus de bonis suis eidē hospitali pro sustentatione pauperū cōcessit plenariā remissionē a pena & culpa In mortis articulo. & personis ecclesiasticis tā uiris, q̄ mulieribus, quæ circa diuina officia aliquid obmisissent, & de bonis suis eidē hospitali largientibus defectus remisit. Ac uoluit; q; in aduentu magistri & fratrū ad loca interdicta ecclesiæ aperirentur, & ianuis apertis in illis diuina officia celebrarētur. Corporaq; tunc decedētiū ecclesiasticæ sepulturæ traderētur, & descripti in libro confratriæ dicti hospitalis, tēpore interdicti decedētes ecclesiasticæ sepulturæ ēt traderētur. & successiue Vrbanus papa. v. ēt prędecessor noster cōcessit omnibus benefactoribus dicti hospitalis, ut cōfessorē idoneū eligere possent, qui ipsos semel in uita absoluere possent in omnibus casibus etiā sedi apostolicæ reseruatis. concessit etiā omnibus confratribus dicti hospitalis in ipsius confratriæ libro descriptis, soluendo in eorū introitu dictæ confratriæ triginta denarios turoneñ. argenti, & quolibet anno unū similē denariū, plenariā remissionē a pæna & culpa in mortis articulo. Et q; Magister, cōmendatores, & fratres possēt limitare dictā quantitatē illā soluere nequentibus, cū certis aliis indultis. Et insup Clemens pap. v. similiter prædecessor noster similes indulgentias & remissiones cōcessit, ac subsequenter Eugenius Papa. IIII. similiter prædecessor noster etiam omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis, quām Sæcularibus utriusq; sexus fidelibus, qui in Confraternitate huiusmodi recepti in illius libro descripti forent, ac tres florenos Auri de Camera in principio receptionis ipsorum, necnon successiue Annis singulis unum grossum quorum decem, unum florenum similem constituerent Camerario dicti Hospitalis persoluerent q; singuli Sacerdotes idonei per eos post solutionem trium florenorū hmōi eligendi, eis in mortis articulo plenariam remissionem

Hono. iiii.
Confessionale.
Boni. viii.
Indul. Quadra.
Vrba. v.
Cleme. v.
Euge. iiii.

Martinus .v.

concedere possent, ac eos semel in uita absoluere in omnibus casibus (etiā sedi Apostolicæ reseruati) uoluit & decreuit. Pręterea MARTINVS papa .v. etiā prędecessor noster, prout in literis Eugenii quarti desuper in forma rationi congruit, cōfectis plenius continetur, certis iudicibus dedit in mandatis, ut omnibus, & singulis tam Ordinariis, Delegatis, eorumq; officialibus, ac quibusuis Dominis tēporalibus & aliis ad hoc deputatis, Tabellionibus atq; scribis cuiuscunq; status gradus, dignitatis uel pręeminentiæ aut conditionis forent, ut pro licentia adhibenda, uel pręstāda, & super ea literis testimonialibus conficiendis, sigillandis & concedendis a prædictis fratribus, nuntiis & personis singulis, annis singulis pro literis & licentia quaslibet ultra unum florenū auri de camera nō peterent, seu reciperēt, aut exigi, & recipi permitterent.

De decimis & fructibus Hospi.

Quodq; super decimis & fructibus aliis ecclesiasticis Terrarum, Agrorum, Vinearū ad pręffatum Hospitale spectantium nuntios, & fratres, & personas Hospitalis prędicti, illiusq; loca, & membra non grauarent sub excōmunicationis pęna ipso facto mandauit, decernens irritū, & inane si secus super his a quoquā quauis auctoritate scienter uel ignorāter cōtigeret attētari.

Facultas componendi.

rursus IOANNES papa .xxii. etiam prędecessor noster cōcessit Magistro, & fratribus prędictis, ut possēnt cōponere de usuris, rapinis, incendiis, & aliis pręmissis, prout HONORIVS papa .iii. concesserat.

Innocen. iii.

Itē. INNOCENTIVS papa .iii. etiam prędecessor noster fundator dicti hospitalis, dedit & concessit, ad fidem, & deuotionē fideliū, ac salutē animarū hospitale prędictum uisitantibus, & omnia eius membra, a festo Natiuitatis domini nostri Iesu Christi singulis diebus usq; ad octauam eius, duo millia annorum, & octingentos annos indulgentiarum. Item idem Innocentius cōcessit Hospitali prędicto, & eius mēbris singulis festiuitatibus apostolorum duo millia annorum indulgentiarum. Item Innocētius prędictus cōcessit hospitali prędicto, & eius mēbris singulis diebus totius anni unū annū, & quadraginta dies indulgētiarū.

Alexander. iii.

Item ALEXANDER papa .iii. similiter prędecessor noster cōcessit hospitali prędicto, & eius membris, a festo sancti Spiritus de mense Ianuarii singulis diebus usq; ad octauam eiusdem anni quatuor millia annorum, & octingentas quadragenas, & remissionem septimę partis omnium peccatorum de indulgentiis, & Dominica in qua cantatur pro introitu missę, Omnis terra Alexander prędictus concessit Hospitali prędicto, & eius membris omnibus & singulis primis diebus Dominicis mensium totius anni tria millia annorum, & totidem quadragenas & remissionem tertię partis omnium peccatorum.

Primis dieb' Dominicis cuiusq; mensis tria mi'ia annorum Indul.

Alexander prędictus concessit hospitali prędicto, & eius membris, in festo Corporis Christi singulis diebus usq; ad octauam duo millia annorum, & remissionem septimæ partis omnium peccatorum.

In festo epipha. centū milia annorum.

CELESTINVS papa .v. concessit Hospitali prędicto & eius membris a festo Epiphanię usq; ad octauam, singulis diebus cētum milia annorū, de indulgentiis. Item Celestinus papa sextus concessit Hospitali prędicto, & eius membris in festo Natiuitatis uirginis Marię & per octauam singulis diebus triginta annorū de indulgentiis. Item CLEMENS .v. cōcessit hospitali prędicto & eius membris, a festo Resurrectionis domini nostri Iesu Christi usq; ad octauā eius, singulis diebus duo millia annorum, & octingentos annos de indulgentiis. Item BONIFATIVS pap. v. concessit Hospitali prędicto & eius mēbris a festo Ascensionis domini nostri Iesu Christi singulis diebus usq; ad octauā eiusdē, duo millia annorū, & octingentos annos de indulgētiis.

Clemens. v.

Itē Clemēs pa. vi. cōcessit hospitali prędicto, & eius mēbris a festo Penthecos. usq; ad octauā eius singulis diebus octo millia annorū, & octo millia

quadragenarū,

quadragenarum, & remissionem omnium peccatorum plenariam. Item Innocentius Papa VI concessit Hospitali prędicto & membris eius a festo Assumptionis beatæ Mariæ uirginis usq; ad octauam eius singulis diebus, duo millia annorum, & duo milia quadragenarum de indulgentiis. Item BENEDICTVS Papa quartus concessit Hospitali prędicto & eius membris, a festo Omnium Sanctorum usq; ad festum sancti Leonardi tria millia annorum, & totidem quadragenarum De indulgentiis Summa dierũ Veniæ a summis Pontificibus, sexaginta Archiepiscopis etiã septuaginta Episcopis in Consistorio Lateranẽ. auctoritate Apostolica confirmatorum septingentos annos & totidem quadragenas. Summa Missarum totius ordinis per annum Triginta duo millia, & totidem Psalteria a fratribus eiusdem ordinis. Preterea est concessum eisdem Benefactoribus Fraternitatis & Confraternitatis, in Missis, Matutinis, Vigiliis, Ieiuniis, Elemosinis, quæ fiunt in toto ordine in perpetuum. Item Nicolaus papa .v. prędecessor noster Archiepiscopis & Episcopis in uirtute sanctæ obedientię et sub excommunicationis pœna iniunxit, ut dum fratres dicti Hospitalis ad eorum loca pro elemosinis colligendis accederent illos benigne recipientes ipsos elemosinas huiusmodi quærere permitterent. ac Hospitalia, & membra dicti Hospitalis ab omni iurisdictione quorumcũq; ordinariorum exemit, & illa sub sua & beati Petri protectione suscepit, ita ut nullus fratres dicti hospitalis excõmunicare aut loca & membra ipsius hospitalis ecclesiastico interdicto supponere posset, decernens extunc irritum, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, uel ignoranter contigeret attentari, Ac certa alia eisdem fratribus, & locis indulsit in forma communi. Demum uero SIXTVS Papa. IIII. similiter prędecessor noster omnes libertates, immunitates & indulgentias, tam a fæ. re. Bonifacio Pap. v. Vrbano. vi. Ioanne. xxii. Alexandro. v. Innocẽtio. v. Martino. v. Eugenio. iiii. Nicolao. v. Calixto. iii. Pio. ii. et Paulo etiam. ii. Rom. pontificibus q̃ aliis prędecessoribus suis, siue per priuilegia, siue alias indulgentias Magistro, & Fratribus, ac Hospitali prędictis & membris eiusdem eatenus concessas, illas pro sufficiẽter expressis habens ac si de uerbo ad uerbum insertæ fuissent, necnon libertates & exemptiones sæcularium exactionum a Regibus, & Principibus dicto Hospitali, membris, & locis eis subiectis concessas, auctoritate apostolica approbauit, & confirmauit prout in literis singulorum prędecessorum desuper confec. quarum ac omnium aliorũ prę missorum tenores (ac si de uerbo ad uerbum insererentur) pręsentibus haberi uolumus pro expresso & plenius contineri. Quare pro parte dilecti filii Pii eiusdem Hospitalis Magistri, & fratrum aliorum hospitalium, membrorum, & locorũ dicti hospi. subiectorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut concessionibus, indultis, statutis, decretis, prelationibus, & aliis pręmissis pro illorũ subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adiicere, aliasq; in pręmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremus. NOS igitur (qui Hospitale prędictum tanquam nobis peculiare nostris specialiter gerimus in uisceribus charitatis) huiusmodi supplicationibus inclinati concessiones, indulta, statuta, decreta, relaxationes, & literas prędictas cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, cæteraq; pręmissa, auctoritate apostolica tenore pręsentiũ approbamus, & confirmamus, ac pręsentis scripti patrocinio communimus. decernen. illa omnia, & singula perpetuæ firmitatis robur obtinere nõ obstantibus constit. & ord. apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus hospitalis, & ordinis prędictorum iuramento confirmatis, apostolica uel quauis firmitate alia

Benedictus. iiii.

Summa In d.

Summa Missarum & Psalterio rum.

De particip. Bo.

Nicolaus. V.

Sixtus. iiii.
Bonifa. V.
Vrbanus. VI.
Ioan. XX. II.
Alexan. V.
Innocen. V.
Marti. V.
Euge. iiii.
Nico. V.
Calix. iii.
Pius. ii.
Paulus. ii.

Confir. indul. Hospitalis.

roboratis, cæterisq; contrariis quibuscũq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communicationis, & constitutionis infringere, uel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum apostolorum eius Petri, & Pauli se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadragẽtesimo octuagesimo quinto, Duodecimo Kal. April. Pont. nostri Anno secundo.

INNOCENTIVS EPISCO.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bulla Innocen. Hospitali sancti Spiritus cõcessa.

ET si sedes apostolica multos pauperes, & miserabiles personas maternæ pietatis officio confouere & iuuare teneatur, infantes tamen expositos, & præsertim in Hospitali nostro sancti Spiritus in saxia de urbe, quod ante oculos nostros sitũ est, & ære apostolico per Romañ. pontifices prędecessores nostros fundatum & dotatum extitit, ac pluribus & diuersis priuilegiis & prærogatiuis insignitum, in singulari charitate seu clementia in uisceribus charitatis complecti consueuerit. At Nos ita spetialibus fauoribus, & auxiliis prosequimur, quod ipsorum sustentationi & recreationi, Necnon saluti animarum fidelium (illorum maxime suas operarias manus super hoc porrigentium) opportune prouideri, & salubriter consuli ualeat. Cum itaq; (sicut fide dignorum testimoniis accepimus, & experientia ipsa didiscimus) quamplures infantes pauperes, ac dictum hospitale dietim defferuntur, & ad illud pauperes miseri & aliæ miserabiles personæ quotidie in copioso numero confluunt, & inibi charitatiue recipiuntur, & pertractantur. & adeo quod ipsius facultates ad huiusmodi pia opera exercenda non suppetunt, & in futurum uerisimiliter suppetere non poterũt nisi suffragio ipsorum fidelium adiuuentur. NOS igitur cupientes (quantum nobis ex alto conceditur) Populum Christianum deo reddere acceptabilẽ, & bonorũ operũ sectatorem, ac necessitatibus infantium expositorum & pauperum infirmorũ & aliarum miserabilium personarum huiusmodi subuenire, eosq; & alios fideles Indulgẽtiis, & Remissionibus prosequi. omnibus & singulis fidelibus utriusq; sexus, qui unum uel unam ex ipsis infantibus expositis penes se receperint, eumq; seu eam usq; ad tempus debitum lactauerint, seu lactare fecerint, ipsum seu ipsam ad annos unum cum dimidio propriis expeñ. aluerint, seu ali fecerint, & uirgines seu domicellas expositas apud eosdem fideles (ut prefertur) receptas, uel aliquam aliam ex dicti hospitalis expositis de propriis facultatibus nupserint siue maritauerint, aut eidem Hospitali illud tantum erogauerint quod sufficiat ad lactandum, seu alendnm infantes expositos, aut maritandas uirgines domicellas expositas huiusmodi unam uel plures. Necnon pauperibus infirmis & miserabilibus personis, ac aliis fidelibus Christianis quos in pręfato Hospitali etiam decedere contigerit, quod quilibet, seu quelibet ex eis aliquem idoneum Pręsbyterum sæcularem, uel regularem in suum possit eligere confessorem, qui omnium peccatorum suorum (etiam in omnibus casibus eidem sedi specialiter reseruatis (de quibus corde contritus & ore confessus, uel contrita & cõfessa fuerit, semel in Vita & semel in Mortis articulo, plenariam remissionem sibi in sinceritate fidei, unitate sanctæ Matris ecclesiæ ac obedientia, & deuotione nostra, &

De multitudine infan. expositorum & miserorũ.

De his qui recipiunt prædictos in fan. & virgines maritant.

Absolu. de omnibus casibus & Re. Pecca.

successorũ

successorum nostrorum Romañ. pont. canonice intrantium persistenti impendere ualeat, licentiam & facultatem auctoritate apostolica tenore pręsentium concedimus, & pariter indulgemus Constitutionibus, & ordinat. apostolicis, ac dicti Hospitalis statutis, & consuetudinibus, iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis cęterisq; contrariis non obstantibus quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam concessionis, & indulti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationē omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Facul. Aposto.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis dominicæ Millesimo quadringētesimo octuagesimo octauo, Decimo Kal. Octobris. Pōt. nostri Anno quinto.

QVARE pro parte dilecti filii Albertini de Rueere Pręceptoris dicti Hospitalis, & totius ordinis Magistri generalis, nobis fuit humiliter supplicatum, ut singulis literis prędictis pro illarū subsistentia firmiori robur nostræ approbationis adiicere ac aliis in pręmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur.

Suppli. Alberti. Magistri Gene.

NOS IGITVR qui eorundem prędecessorum nostrorum uestigiis inherentes, Hospitale prędictum, & illius membra propter multiplicia charitatis opera quæ in illis exercentur, gerimus in uisceribus nostræ dilectionis, huiusmodi supplicationibus inclinati singulas litteras prędictas Auctē Apostolica tenore pręsentium innouamus, & approbamus, ac perpetuę firmitatis robur obtinere debere decernimus. Et nihilominus oībus & singulis gñalibus, ministris, Prioribus, puincialibus, guardianis, Fratribus, & Religiosis quatuor ordinis mendicantium et minorum obseruantia nuncupatorum, Prędicatorum, Heremitarum sancti Augustini, necnō beatæ Mariæ de monte Carmelli in uirtute sanctæ obedientiæ pręcipimus, & mandamus, quatenus postquam pro parte dicti Pręceptoris fuerint super hoc requisiti, singulas līas prędictas, ac in illis contenta quæcunq; in eorum ecclesiis capellis, domibus, & aliis piis locis, dominicis, & aliis festiuis diebus infra missarum, & aliarum diuinarū horarū solennia, clero & populo prędicare, supplicare, & intimare, ac prędicari publicari, & insinuari facere procurent. & insuper quia difficile foret pręsentes litteras ad singula loca (ad quæ expediens fuerit defferre) uolumus, & dicta apostolica auctoritate decernimus, q transumptis pręsentium literarum manu notarii publici subscriptis, & sigillo pręfati Pręceptoris, uel alterius plati ecclesiastici munitis, plena fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, prout eisdem originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ uel ostensæ. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac Hospitalis, & ordinis prędictorum iuramento confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, necnon omnibus illis quæ in singulis literis prędictis concessum est. Non obstan. cæterisq; contrariis quibuscunq;. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis, approbationis, constitutionis, uoluntatis & decreti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo sexto, quinto Kal. Augu. Pontificatus nostri, Anno tertio.

Ple. Præ. potest.

De fide adhibē. transumpt. Hos.

LEO EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bulla leo. Põt.

VNiuersis & singulis Christifidelibus pręsentes literas inspecturis, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Postquam ad apostolatus apicem (diuina dispo nente clementia) fuimus assumpti, considerantes Basilicam principis apostolorum de urbe, toto orbe terrarum uenerãdam a fęlicis record. Iulio. ii. prędecessore nostro ea mere demolitam fuisse, ut sumptuosissimo opere ad honorem, & gloriam omnipo tentis dei a fundamentis (sicuti iam inceperat) construeret, duximus piis ea in re ue stigiis ipsius prędecessoris nostri inherendum esse, atq; adeo Basilicam ipsam (quan tum in nobis fuerit dante domino) prosequi, atq; perficere. Verum cum tanto operi, nostræ solæ, & huius sanctæ sedis non suppetant facultates, Vniuersos Christifide les spiritualibus gratiis, indulgentiis, & peccatorum remissionibus ad porrigendas eidem fabricæ manus adiutrices inuitamus. & ut piæ fidelium erogationes ad id ube riores forent inter suspeñ. quarumcunq; indulgentiarum, quibusuis ecclesiis, mona steriis, & hospitalibus, etiam nostro sancti Spiritus in Saxia de urbe, & aliis piis lo cis, hactenus per prędecessores nostros Romañ. Pontifi. & nos ac sedem apostolic. & eius auctẽ cõcessaꝝ a nobis emanatas ꝑ diuersas lr̃as nr̃as, suspẽdimus ad annũ siue bi enniũ. aut ad certum aliud determinatum tempus etiã ad beneplacitum nostrum, om nes & singulas indulgentias & facultates per ipsos Ro. Pont. prędecessores nr̃os, atq; etiam per nos, & sedem apostolicam prędictam sacro, & apostolico hospitali nostro sancti Spiritus in saxia de urbe pręfato, & eius membris, hactenus concessas, & per nos confirmatas, extensas, prout in aliis nostris desuper æditis literis plenius conti netur. quarum tenores hic pro expresse de uerbo ad uerbum haberi uolumus. in pręsen tiarum autem uersantes animo, q̃ laudabilia, q̃ innumerabilia, & ualde necessaria pie tatis, & charitatis opera, pręcipue ad sustentandum pauperes Christi ac langueñ. cu randum, necnon infantes expositos nutriendum, & puellas nubiles maritandũ in di cto hospitali nostro quotidie fiunt, & exercentur, quodq; ad id exequendum proprię ipsius hospitalis non suppetunt facultates, nisi piis Christifidelium elemosinis, & suf fragiis nostris adiuuentur. atq; quod si huiusmodi tam pia & charitatiua opera negli gerentur, in maximum pauperum exitium, & deo nõ acceptissimum fore facultates, & indulgentias plenarias, & temporales huiusmodi Pręceptori, & hospitali sancti Spiritus & eius membris (ut pręfertur) concessas, deinceps non in totum suspendere, sed eas potius (in aliquo limitando) de nouo confirmare, prout tenore pręsentiũ con firmamus, & limitamus, ac ad tollendum inter commissarios fabricæ pręfatæ, & ipsi us Hospitalis nostri sancti Spiritus Pręceptorem, & eius Nuncios omnem diffiden tiæ & controuersiæ causam, mentem, & uoluntatem nostram pręsentibus declarare.

De sũptibus Basilicæ .S.Petri.

Suspẽsio gratia.

Indul. Hospi. S. Spiri. nõ suspẽ.

¶ Idcirco pręmissa omnia mature, & attente considerantes, motu ꝓprio & ex certa nostra scientia harum serie decernimus, & declaramus, q̃ durante annali, uel biennali seu quocunq; alia temporali suspeñ. prędicta ex quauis causa etiam cruciatæ contra perfidos infideles, cuicunq; Regi, aut Principi Christiano hactenus concessæ uel in posterum concedendæ per nos facta, aut in posterum quouis modo fienda indul gentia etiam plenaria, & omnes facultates pręffate eidem Hospitali nostro sancti Spi ritus, & eius præceptori Fratribus, & membris per prædecessores nostros præfatos, & nos hactenus concessæ, nõ intelligantur ex toto suspensæ, sed in aliquo tantũmodo

manura cõs. Le.

limitare

limitare. ac in suo pristino & uero ualore, robore, & firmitate, prout inferius existere & permanere. quodq; modo infrascripto dilectus filius Alexander de Neronibus domus nostræ Magister & ac dicti, Hospitalis Pręceptor, & eiusdem ordinis generalis modernus, atq; illius dicta pręceptoria pro tempore successores, necnon eorundem Nuntii, Commissarii, & Procuratores, ac priores membrorum dicti hospitalis de licētia prefati Magistri generalis & nō aliter singulis annis durañ. suspeñ. huiusmodi in festo Penthecostes, & per eius octauam inclusiue indulgentias plenarias, & generales omnium peccatorum remissiones ubiq;. priores uero pędicti in domibus, & hospitalibus suis absq; hospitali nostro de urbe depeñ. duntaxat. Solemniter etiam cum processione, & appositione Truncorum, & Crucis in medio ecclesiarum publicare. ac illas quibuscunq; Christifidelibus porrigeñ. manus adiutrices pro sustentatione dicti hospitalis, uel eius membrorū omnibus priuilegiis indultis, gratiis, participationibus, & peccatorum remissionibus iuxta Roman. Pontif. prędecessorum nostrorū concessionem, & nostram patiri. ¶ Penitentiarios quoq; etiam cum uirgis (ut moris est) Desuper deputare & alia facere quæ circa huiusmodi facultatum indulgētiarum & pecca torum remissionum usum, executionem, & concessionem necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna. ¶ quodq; iuxta tenorē litterarū sub plūbo tam a fe. re. Sixto. iiii. quā ab omnibus aliis Ro. summis Pont. prędecessoribus nostris emanarunt, ac secundum extinctionem per nos de super factam antiquas, & nouas sanctas Confratrias sancti Spiritus omni tempore, & in quibuscunq; locis publicare & prędicari facere, atq; instituere, ordinare & erigere. ac quoscunq; Christifideles in confratres recipere. & illis Confessionalia iuxta formā solitam, & tenorem litterarum prefati, & aliorum Roma. Pont. concedere ac cum eisdem Confratribus tantummodo omnibus & singulis gratiis, facultatibus, priuilegiis, immunitatibus, plenaris indulgentiis, & peccatorum remissionibus prędictis quocunq; tempore & in quibuscunq; locis libere, ut, etiam in illis partibus & locis in quibus indulgentiæ nostre pro fabrica dictæ Basilicæ Principis apostolorum de Vrbe publicatæ existant.

¶ Necnon, q; priores & Pręceptores quorumcunq; hospitalium, & domorum sancti Spiritus ab hospitali nostro de Vrbe dependentium, & illud in caput suum recognoscētium, si in sacerdotio constituti per se uel alium seu alios. Si uero non fuerint sacerdotes per alios probos, idoneos, & honestos uiros cuiusuis sæcularis, uel regularis ordinis in sacerdotio constitutos confessiones quorumcunq; in hospitalibus, & domibus suis prędictis solummodo audire & cum huiusmodi cōfitentes quibuscunq; facultatibus, & indulgētiis, ac peccatorū remissionibus uti. ac easdem illis de licētia dicti pręceptoris generalis in festo Penthecostes, & per eius octauam inclusiue dumtaxat (ut prefertur) impartiri, plene & libere possint. aliis uero temporibus sint sicuti alii sacerdotes nullam a sede Apostolica facultatem habentes. Possint tamen Quæstas solitas, & consuetas citra publicationem indulgentiarum, & traditionem confessionaliū omni tempore in terminis suis pro sustentatione domorum & hospitaliū suorū de mandato & licentia præfati Præceptoris facere. ¶ Cæterum, q; præceptor & Nuntii eius, uel Cōmissarii præfati in omnibus locis in quibus dilecti filii fratres, & professores ordinis Minorum de obseruātia sancti Francisci, aut Commissarii nostri Apostolici pro dicta Fabrica deputati uel deputandi commissionem a nobis desup non haberēt siue per principes locorum ad publicationem indulgentiarum nostrarū pro Fabrica præfata nequaquam fuerint admissi quascunq; facultates. & indulgētias

Alex. de Neron

In festo Penthe Indul. Ple.

Pœnitentiarii.

Concessi. Cōffe.

Facul. Sacer.

singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis omnibus locorũ Ordinariis Abbatibus Prioribus, Generalibus, Ministris, Prouincialibus, Guardianis, uerbi dei Prędicatoribus, parrochialium ecclesiarum Rethoribus, Monachis, & Canonicis regularibus, ac fratribus etiam minoribus de obseruantia sancti Francisci aliisq; omnibus, & singulis religiosis, personis sęcularibus, & regularibus tã mendicantium q̃ quorumcunq; aliorum ordinum, etiam quibusuis secularibus Principibus etiam imperiali seu regali dignitate fulgentibus, qui pro parte Pręceptoris hospitali sancti Spiritus in Saxia de urbe, aut Nuntiorum, seu Commissariorum eius prędictorũ requisiti fuerint, in uirtute sanctæ obedientię ac sub excommunicationis late sententię pæna quam in non obedientes pręsentibus literis, & decretis nostris ferimus in his scriptis, quatenus Pręceptori nuntiis, & Cõmissariis prędicti sancti Spiritus per Dioceses Iurisditiones, Parrochias, Regna, & loca sua quęcunq; dictas indulgentias & facultates solemniter (ut pręmittitur) omni tempore publicare & prędicare, ac ipsis facultatibus, gratiis, & indulgentiis uti, & illarum occasione QVAESTAS facere, Confratrias sancti Spiritus instituere, confratres recipere, & elemosinas colligere, (ut prefertur, & non aliter) permittant, quinimo ipsis Pręceptori Nuntiis, & Commissariis sancti Spiritus pręsentes, uel earum transumptum auctenticum deferentibus faueant & auxilium pręstent. ac ad omnem illorum requisitionem dictas indulgentias, & facultates populis in ecclesiis suis iuxta pręsentium tenorem declarent & promulgent, per ipsos nuntios, uel alios uerbi dei, prędicatores prędicari, & declarari faciant, & permittant suspensiones inhibitione, decreto & mandato nostris super pręmissis factis uel faciendis. Cæterisq; in contrarium facientes nõ obstantibus quibuscunq;. Verum quia difficile foret pręsentes litteras ad singula quæcunq; loca (ubi expediens fuerit) deferre, Volumus, & authoritate apostolica decernimus q; transumptis pręsentium literarum manu Pręceptoris, & Scribæ siue Notarii dicti hospitalis nostri sancti Spiritus subscriptis, & sigillo capitulari eiusdem hospitalis munitis, plena fides in iudicio, & extra adhibeatur, pront eisdem originalibus litteris adhiberetur, si essent exhibitæ uel ostensæ. Quodq; transumptis pręfatis subscriptiones, & sigillum huiusmodi non habentibus nulla fides adhibeatur. constitutionibus, & ordinationibus apostolicis ceterisq; contrariis non obstantibus quibuscunq;. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die septima Martii. Millesimo quingentesimo decimo quinto. Pontificatus nostri Anno secundo.

Facul. Nuntio,

Priuilegia.

Decretũ Apo st.

LEO EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bulla Leonis.

SAluator dominus noster Iesus Chistus, dum ad suam passionem (per quã ab ęterna damnatione nos liberauit) appropinquaret, prędixit, nos sẽp pauperes nobiscũ fore habituros, & alibi nos instruit, ut cũ p̃ximi nr̃i sint, dilectionem haberemus, & pietatis opa in eos exerceremus. unde nos meritis licet imparibus ipsius saluatoris uices gerẽtes in terris, illius salutari exẽplo uniuersos xp̃ifideles ad exercẽda in pauperes charitatis opera frequenter inuitamus. ac Hospitalia aliaq; pia loca singula in quibus charitatis opera exercẽtur spiritualibus gratiarum muneribus libenter con fouemus, & illa quæ per p̃decessores nostros Romañ. Pontifices propterea concessa sunt libenter approbamus, & alia de nouo concedimus, prout in domino cõspicimus

salubriter expedire. Dudum siquidem a fę.re. Sixto.iiii. & innocentio.viii. Ro. Pont. prędecessoribus nostris successiue emanarunt lrę Tenoris subsequentis.

LEO EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Breue Leonis.

VNiuersis, et singulis Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, prępositis, Archidiaconis, Canonicis aliisq; in dignitate ecclesiastica constitutis, ac sacerdotibus et clericis curatis, et non curatis sęcularibus, et regularibus, exemptis et non exemptis. Necnon Regibus Ducibus Marchionibus principibus Baronibus, et aliis quacunq; sęculari dignitate fulgentibus, ac Officialibus quocunq; nomine censeantur, communitatibus, Vniuersitatibus, Hominibus, & particularibus Personis Christifidelibus ubiq; existentibus, ad quos pręsentes nostrę litterę deuenerint, Salutem, & apostolicam benedictionem. In apostolicę sedis specula disponente domino constituti animum nostrũ ad ea libenter intendimus, per q̃ Hospitalibus & piis locis deo dicatis cõmode subueniatur. Cum itaq; sacrum, & apostolicum hospitale nrm sancti Spiritus in Saxia de urbe, quod in uisceribus gerimus charitatis a prędecessoribus nostris Rom. Pont. fundatum, atq; dotatum in iuuandis infirmis pauperibus Christi sustentandis, & puellis nubilibus maritandis, atq; infantibus expositis educandis, & quorum ibidem copiosus numerus continuo existit graues diuersasq; expensas quotidie subeat, ad quod exequendum proprię ipsius hospitalis non suppetant facultates, nisi piis Christifidelium erogationibus, & charitatiuis subsidiis adiuuetur & foueatur. NOS ea more pii pris attente considerantes, ac eidem hospitali, & eius mẽbris, de alicuius subuentionis auxilio q̃tum cum deo possumus prouidere uolentes, eosdem Christifideles omnes ad prędicta pietatis, & charitatis opera allectiuis indulgentiarum muneribus inuitamus, & indulgentias, atq; gratias spũales per prędecessores nostros Rom. Pon. benefactoribus pręfati hospitalis, & pręfatis membris hactenus cõcessas confirmauimus, & ampliauimus. Cumq; in pręsentiarum pro hiis exequen. dilectus filius Alexãder de neronibus dicti Hospitalis nostri pręceptor, & ordinis eiusdem generalis Magister deputauerit nonnullos Nuntios, & Commissarios suos ad diuersas mundi partes pro publicandis, & concedendis indulgentiis, & gratiis spũalibus prędictis per eosdẽ pdecessores nostros per nos nuperrime christifidelibus pro sustentatione prędictarum miserabilium personarum aliquid pie erogantibus concessis, & confirmatis cum facultate ab eisdem Christifidelibus elemosinas & pias erogationes, ac charitatiua subsidia huiusmodi perendi, colligend. & excipiend. deuotionem & charitatem uestram in domino hortamur, atq; paterna requirimus charitate, ut Cõmissarios, & Nuntios prędicti nostri Hospitalis Sancti Spiritus, & membrorum eius pręsentium seu earundem legitimum Transumpti latores, & uera mandata a pręfato pręceptore decreta, & concessa deferentes, ad publicationem, & declarationem ipsarum Indulgentiarum, atq; ad elemosinarum, & piorum subsidiorum collectionem, & exactionem pro dictis nostris operibus benigne admittatis & eodem cum fauore & charitate prosequi uelitis. nullum eis impedimentum inferendo, neq; ab eisdem p publicationis pręmissorum concessione aliquid petendo, uel exigendo, ut de tam pio sanctoq; opere cumulatã ad eos retributionem, & nobis, atq; ab hac sancta sede uberem

Hospita. s. Spi. Ro. Pont. dot.

Paterna Pietas.

Alex. de Neroni.

Priuile. Nuntio.

commen-

commendationem & gratiam expectare, & consequi possitis. Vobis uero aliis omnibus, & singulis personis ecclesiasticis, quaecunque ecclesiastica etiam Archiepiscopali uel Episcopali dignitate fulgentibus supra nominatis, & cuilibet uestrum, qui pro parte Praeceptoris uel Nunciorum eius praedictorum fuerit requisitus, in uirtute sanctae obedientiae, & sub excõmunicationis latae sñia ac mille ducatis auri pro una medietate, predicto hospitali nostro, pro alia Fabricae principis apostolorum de urbe applicandorum penis in quas hanc seriem cõtrafacien. oẽs & nõ obedien. ipso facto incurrens declaramus tenore praesentium districte praecipientes mandamus quatenus eosdem nuntios & Cõmissarios praeceptoris & Hospitalis nostri sancti spiritus praedecessorũ ac membrorum eorundẽ praeceptores, & procuratores, & eorum quemlibet, seu cuiuscuis illorum legittimos substituros, pro executione & expeditione praemissorum deputatos in domibus Diocesibus, Parrochiis, & Ecclesiis uestris ad publicationem, & declarationem ipsarum indulgentiarum, & elemosinarum ad subsidiorum supra dictorũ collectionem & exactionem, atque confraternitatis sancti Spiritus institutionem, benigne, & gloriose & absque aliqua contradictione & impedimento recipiatis, & admittatis, & quilibet uestrum admittat, & recipiat illisque in huiusmodi publicationibus & collectionibus faueant, & auxiliũ praestent. ¶ Nullus quoque locorum ordinarius seu ecclesiarum Rector, aut Notarius, Scriba, uel officialis quouis nomine cẽseatur, sub similibus penis, & censuris ecclesiasticis contrafaciendo ipso facto incurrendis audeat, seu quouis praetextu praesumat, pro licentia & admissione huiusmodi concedenda aliquam pecuniarum summam preter unum ducatum auri. imo ordinatione Martini V. praedecessoris nostri petere, recipere aut quoquomodo contra uoluntatem praedicti praeceptoris, uel Nunciorum eius siue procuratorum membrorum predi. hospitalis Quaestas suas ordinarias facere uolentium exigen. sed quilibet pro posse donec negocium huiusmodi fuerit expeditum in ecclesiis, & locis uestris eisdem fauentes & adesse uelit secundũ ordinatiões per praedecessores nr̃os in huiusmodi institutas, & per nos nuper confirmatas. Si quis autem (quod absit) contumaciter hiis nostris parere neglexerit euiden. ex nunc prout extunc excommunicatum esse, & in censuras, & paenas predictas incurrisse declaramus per presentes mandan. & expresse concedentes preceptori, & eius nuntiis prefatis & cuilibet eorum, ut prefatos contumaces postquam illos requisiuerint, & parere neglexerint declarare, & publicare excõmunicatos ubique pure, et libere ualeant. priuilegiis, et indultis immunitatibus exemptionibus, statutis, Concessionibus Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis etiam iuramento confirmatione apostolica confirmatis. Caeterisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Verum, quia difficile foret praesentes litteras ad singula quaeque loca ad quae expediẽs fuerit deferre, uolumus, & auctoritate apostolica decernimus, quod earum transumptis unius, uel duorum Notariorum publicorum manu subscriptis, & alicuius praelati sigillo munitis ea prorsus fides indubia adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur si essent exibitae uel ostensae. Datum. Romae apud sanctum Petrum, Sub Annulo Piscatoris Die .xxvi. Marti. M.D.xv. Pont. nostri Anno tertio.

Excom. inobe.

De publi. Indul

Ordina. Marti.

De contumaci.

De Transumpt

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bulla Leonis.

VNiuersis, & singulis uenerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus ꝑpositis, archidiaconis, Canonicis, uerbi

dei p̄dicatoribus aliiſq; in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis parrochialiũ eccleſiaꝶ Rectoribus, ac Sacerdotibus oibus curatis, & non curatis tã ſecularibus, quã regularibus exceptis & nõ exceptis, ad quos p̄ſentes noſtrę puenerit, ſalutẽ, & apoſtolicã benedictionẽ. Cũ alias plures ſummi Ro. Pon. p̄deceſſores noſtri ꝓ ſuſtẽtatione pauperꝶ christi, ac infantiũ expoſitorũ nutrimẽto & languẽtiũ Cura, & ſubſidio, atq; puellaꝶ maritãdarũ ſubuentione, quoꝶ in hoſpitali nr̃o. s. Spiritus in ſaxia de urbe, & illius mẽbris, copioſus numerus cõtinuo exiſtit, notabiles & magnas gr̃as ſpirituales, facultates, & plenarias indulgẽtias benefactoribus ipſius Hoſpitalis, & mẽbroꝶ eius, atq; cõfratribus. c. Spũs cõceſſerũt. Et nos nup ſperãtes, quod huiuſmodi elemoſinę & charitatiua ſubſidia, in ſuſtentationẽ, & nutrimẽtũ p̄dictoꝶ integre cõuerterẽtur p̄miſſorũ pietatis & noſtrę operũ intuitu, quæ in ipſo Hoſpitali nr̃o, & eius mẽbris quotidie fiũt eaſdẽ cõfirmauerimus, atq; ampliauerimus, nõ abſq; graui animi moleſtia, a dilecto filio Alexãdro de neronibus dicti hoſpitalis moderno p̄ceptore, & ordinis eiuſdem gn̄ali magiſtro in p̄ñtiaꝶ pcepimus, quod nõnulli iniquitatis filii ſalutis aiarũ ſuarũ prorſus immemores, dictas elemoſinas, & charitatiua ſubſidia pro eodẽ hoſpitali nr̃o & mẽbris collectas, & collecta occultare, ac ea uſurpare, & Hoſpitale atq; p̄ceptorẽ quo ad poſſunt defraudare nõ erubeſcunt in eorundẽ aiarũ manifeſtũ piculũ, & Hoſpitalis, ac p̄ceptoris p̄dictorũ maximũ detrimẽtũ, & p̄iudiciũ quibus fraudibus (quãtũ cũ deo poſſumus) occurrẽdi opportune p̄uidere uolẽtes, Vobis oibus & ſingulis, & cuilibet ueſtrũ in unitate ſanctæ obedieñ. & ſub excõmunicationis late ſententiæ ac ſuſpenſionis a diuinis & ab ingreſſu eccleſiæ pęnis p̄cipimus, & mãdamus per p̄ñtes ne deinceps ex elemoſinis & charitatiuis ſubſidiis p̄dictis quicq̃ publice, uel occulte ex quauis cauſa uiolẽter contra ipſius p̄ceptoris, qui pro tẽpore erit, uel ſucceſſorũ eius detinere aut occupare p̄ſumatis ſeu quilibet ueſtrũ pręſumat. quinimmo oẽs & ſingulas elemoſinas, & charitatiua ſubſidia huiuſmodi in locis, & eccleſiis ur̃is collectas, & collecta p̄ceptori, & eius nũciis p̄fatis realiter, & cũ effectu integre cõſignetis. nec a quoq̃ tã in cõfeſſionibus audiendis quam in aliis quibuſcũq; exercitiis & actibus negociũ huiuſmodi tangẽtibus qui q̃ ultra elemoſinã a cõfratribus ſancti Spũs uobis deputatã, extorquere aut recipere audeatis ſeu quilibet ur̃m audeat. Nos enim harũ ſerie cõtra oẽs defraudatores & detẽtores p̄dictos excõmunicationis ſentẽtiã ferimus in hiis ſcriptis mãdãtes uobis, & cuilibet ueſtrũ ſub ſimilibus cẽſuris & pęnis, quatenus occupatores, & occultos detentores elemoſinarũ, & ſubſidiorũ huiuſmodi (quotiẽs pro parte dicti Pręceptoris uel nuntiorũ, & procuratorũ eius requiſiti fueritis, aut alter ueſtrum fuerit requiſitus, oẽs qui tam de collectis aut occaſione cõfratriarũ de exactis, uel non ſolutis Annuatim (ut moris eſt) debitis detinẽt, q̃ qui de colligendis in futurũ detinebũt aut occultabunt publice in eccleſiis ueſtris (dum populi multitudo ad diuina audienda conuenerit) excõmunicatos fuiſſe, eſſe, Cãpanis pulſatis Cãdelis accẽſis & demum in terra proiectis & extinctis, pronũcietis & declaretis ac ab aliis ubiq; eum per cedulas publicari & declarari faciatis ſicuti nos harum ſerie nunc (prout extunc) excommunicamus. Declarantes nullum prædictorum occupatorem, uel detentorem ab huiuſmodi cenſuris a quoquam etiam a commiſſariis noſtris pro fabrica ſancti Petri deputatis præterquam a nobis abſolui poſſe. niſi extra unum quidquid, detinentes occupatum prædictis Commiſſariis pro muneribus, & Nunciis Sancti Spiritus integre ſatisfecerint Ac Reſtituerint Cum Effectu. Commiſſarios Quoque Procuratores & Nuncios

Indul. Hoſpi. cõceſ. per plu. põt.

Alex. de Nero.

Manda. Apoſt.

Defrauda. exc õ.

Reſerua. abſol.

ſancti

Sancti Spiritus præfatos, qui forte (quod absit) Præceptorem, & Hospitale huiusmodi in ipsis Elemosinis, & charitatiuis subsidiis undecunque prouenientibus colligendis, quoquomodo defraudare præsumpserint, simili excommunicatione, & Anathemate innodatos (postquam id commiserint) fuisse, & esse declaramus. a quibus absolui nunquam possint, nisi ablata, & detenta per eos ultra ratam sibi debitã, & per Præceptorem prædictum assignatum presens ipsi Præceptori, & cum effectu restituerint, sic per præsentes ordinamus, decernimus, & declaramus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. ¶ Verum, quia difficile foret, præsentes litteras ad singula quæque loca (ad quæ expediens fuerit) deferre. Volumus, & Auctoritate Apostolica decernimus, quod illarum Transumptis unius, uel duorum Notariorum publicorum manu subscriptis, & alicuius Prælati uel alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, ea prorsus fides indubia adhibeatur, quæ præsentibus nostris adhiberetur, si essent exhibitæ uel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die. xvii. Aprilis. M. D. X V. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Anathematizantur defraudato.

Fides indub. trãsūptis Hospi.



LEO EPISCOPVS.

Bulla Leo. Hos. Charis. conce.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ILlius, qui charitas est, & cuius Apostolus Paulus, si etiam si linguis hominum loqueretur, & Angelorum, nouissetque misteria omnia, ac prophetiam, & omnem scientiam, omnemque fidem, Ita, ut montes transferre posset, nõ eñ charitatẽ haberet nihil esse, & charitatem reliquis uirtutibus maiorem, ac legis plenitudinẽ esse firmauit. Vices (licet immeriti) gerentes in terris, ut ubilibet & presertim in alma Vrbe (quæ uniuerso orbi exemplar, & uirtutum speculum esse debet) charitatis opera exerceatur, frugifere opem, & operam impendimus efficaces. Sane (sicut nobis nuper innotuit) dilectus filius noster Iulius tit. Sancti Laurentii in Damaso presbyter Cardinalis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius pie considerans, quod pauperes mẽdicare erubescentes, lõge maiores q̃ pauperes mendicãtes sustinent necessitates, Quodque, cũ Curia Romana maximo forensium, & ignotorum numero frequentetur, magna pars incarceratorum in urbe, nedum amicis, qui pro eis sollicitent, uerum etiã ignotis sæpe carent. Et quod cadauera pauperum defunctorum quottidie per baiulos in plateis, ac locis publicis eiusdem Vrbis passim, ad colligendum pro eorum uectura, & sepul

Ad Corin. xiii.

De pietate erga paup. Iul. Car.

tura elemosinas, ponebantur, & sine Cruce, ac sine lumine, & cum magno dedecore, & Christifidelium horrore, ad sepulturam uehebantur. Cupiensq; pręmissis, & aliis rei publicæ christianæ (præserti in dicta curia) necessitatibus, & charitatis operibus pro

Summa pietas.

uidere, & quod prouisio huiusmodi perpetuo duraret, atq; uigeret, nōnullos Curiales ac dictæ Curiæ Officiales, quorum aliqui circa mendicare erubescentes, alii uero circa incarceratos huiusmodi, operam aliquandiu pręstiterant, & præstare desiderabant ad se fecit uocari, & offerens eis ex tunc, pro operibus huiusmodi, summam duorum millium Ducatorum auri, & omne auxilium operam, & fauorem, eos hortatus est, ut

Institu. Socie.

inter se, & alios dictis operibus assistere uolentes, societatem sub titulo sanctissimæ Charitatis inirent, ac dictis & aliis per alias eiusdem Vrbis societates, nō assumptis charitatis operibus intenderent. Quo quidem Authore dicti Curiales & Officiales intēso gaudio perfusi iam per Annum, uel circa, panes singulis dominicis diebus, & alia alimenta dictis Pauperibus erubescentibus erogare necnon dictos carceres per personas per eos ad id deputatas uisitarę & ut Iustitia præsertim pauperibus, & qui pro eis sollicitent nō habentibus celeriter ministretur procurare & pro pauperibus incarceratis capturę ac alias expensas soluere & cadauera paup erum defunctorum decenter cooperta & Crucę luminaribus præcedentibus et saltem uno pręsbytero ac aliquibus aliis associātibus ad sepulturā deferri facere propiis dicti Iulii Car. & Vicecancellarii ac eorum expensis curarunt Confraternitatē sanctissime charitatis in qua iam octuaginta et ultra cōfratres quorum aliqui Episcopi et alii prælati aliqui officiales dictæ curię et alii curiales existunt instituerunt, ac in Ecclesia s. Andreæ

De perpe. ordi.

regionis Arenule se sæpe pro charitatis operibus exercendis congregant. NOS IGITVR gratias Deo agentes, quod nostro tempore, ac dicto Iulio Cardinali (qui noster secūdum carnem frater patruellis existit auth[illegible]re, tam saluberrima, tanq; pernecessaria charitatis opera in dicta Curia cæperint exerceri. Cupientesq; q; perpetuo frequententur, ac illis dicti cōfratres animo hilariori insistant. Motu proprio non ad iulii Cardinalis, & aliorum Confratrum pręd ictorum, uel alicuius alterius pro eis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia institutionem hujusmodi, & quæcunq; statuta, ac Ordinationes per Confratres confraternitatis huiusmodi ædita approbamus, & confirmamus, supplemusq; omnes & singulos, tam iuris, q facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Ipsamq; Confraternitatem in Archiconfraternitatem, caputq;

Confir. statuto.

omnium confraternitatum charitatis ubilibet institutarum, & instituendarum perpetuo erigimus, & instituimus, ac ei omnes, & singulas ubiq; institutas, & instituendas confraternitates Charitatis immediate subiicimus, & facimus membra ab ea dependentia sine tamen earum preiudicio. Quodq; confratres Archiconfraternitatis

Confra. Chari. caput est cōfra.

huiusmodi quæcunq; statuta & ordinationes pro eiusdem Archiconfraternitatis fęlici regimine ad piorum operum huiusmodi exercitium, & aliis (quoties & prout eis uidebitur) etiam cum quarumcunq; pænarum in contrauenientes appositione condere, reformare, & mutare, ipsasq; pænas executioni demandare. Nec non Archiconfraternitas, & Confratres communiter ac diuisim illorumq; ecclesię Cappellani, Ministri, Officiales, Familiares, Res, & bona quæcunq;, ac eorum ecclesias huiusmodi uisitantes, seu de bonis suis pro dictis operibus, in testamento uel alias cōtribuentes legantes, seu relinquentes, aut Archiconfraternitatem ipsam heredem partialem, uel uniuersalē instituētes, omnibus & singulis, ac illis eisdem Priuilegiis, exēptionibus,

Immuni-

Immunitatibus, Indulgentiis (etiam plenariis) Facultatibus Libertatibus, Auctoritatibus, Conseruatoriis, Indultis, Fauoribus, Litteris, & gratiis spiritualibus, & temporalibus, a Sede Apostolica in fauorem sub imagine SALVATORIS ad sancta Sanctorum. Et sancti Spiritus in Saxia. Ac beatæ Mariæ de populo. Et sancti Iacobi in Augusta. Necnon sanctorum Ioannis baptistæ, & Cosmæ ac Damiani de Vrbe, & sancti Iacobi in co apostella, Hospitalium, & Confraternitatum, & Confratrum, ac illorum ecclesiarum Cappellanorum, Ministrorum, Officialium, familiarium, terum, & Bonorum quorūcunq; ac illorum ecclesias uisitantium, uel illis de bonis suis largientium, aut illa in totum, uel in partem heredes instituentium, cōmuniter uel diuisim, in genere, uel in specie quomodolibet emanatis, & emanandis, quæ omnia, & singula necnon quarumcunq; litterarum apostolicarum desuper quomodolibet confectarum, & conficiendarum. & quorumcunq; in eis contentorum. tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de Verbo ad Verbum insertis habemus. etiā si illa non sint in usu, aut reuocari contingat uti potiri, & gaudere, ac litteras apostolicas super eisdem priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indulgentiis, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, conseruatoriis indultis, fauoribus, & gratiis etiā illorum indiuiduam expressionem, & mentionem faciendo mutatis dumtaxat nominibus cognominibus, inuocationibus, ac diebus, ad libitum Confratrum Archiconfraternitatis huiusmodi simul, uel separatim expediri facere in omnibus, per omnia, ac si illa non solum per clausulas generales huiusmodi, sed per illarum omniū tenorū de uerbo ad uerbum expressionem, insertionem, eisdē Archiconfraternitati, illiusq; confratribus, & ecclesiis, rebus, bonis ministris Officialibus, Cappellanis familiaribus ac eorum ecclesias huiusmodi uisitantibus, ac de bonis suis pro dictis operibus aut alias contribuentibus, legantibus aut reliquentibus, seu ipsam Archiconfraternitatem heredem partialem uel uniuersalem instituentibus, sigillatim concessissemus prout præsentium tenore concedimus, libere & licite ualeant. Et q; quicunq; dictæ Archiconfraternitatis, & quibus etiam illius Officiales pro tempore existentes id concesserint, aliarum ab ea dependentium confraternitatum Cōfratres utriusq; sexus nunc & pro tempore existentes, ubicunq; existant, eisdem indulgentiis etiā plenariis & gratiis, quibus eiusdem Archisocietatis confratres in Vrbe cōmorantes gaudere possunt, Etiam si tunc confessi non fuerint, dummodo propositum confitendi habeant, gaudere possint, fiantq; participes Ieiuniorum, ac diuinorum Officiorum ac aliorum quotumcunq; spiritualium bonorum ubicūq; in toto orbe pro tempore factorū. Et quicunq; ex his pœnitens & cōtritus nomen Iesu in mortis articulo nominauerit plenariam omnium peccatorum suorum, etiam de quibus (nisi morte præueniretur) confiteretur, consequatur. Et quæcunq; bona etiam feudalia, ac emphiteotica etiam ecclesiastica eidem Archiconfraternitati, tam inter uiuos, quam mortis causa, seu testamento, uel codicillo, dari concedi, & relinqui libere possint. Ita tñ q; ipsa Archiconfraternitas ad eadem onera, ad q̄ donatur, seu testator hmōi occōne bonorum eorundem tenebatur, & quæcunq; alia, quæ ipse donator, seu testator etiam imposuerit omnino teneatur. Et si ad certum numerum gñationum, aut nominationum eadē bona concessa fuerant, ipsa Archiconfraternitas non perpetuo, sed per uiginti annos pro qualibet generatione, seu nominatione huiusmodi, bona eadem tenere possit, & finitis ipsis annis bona prædicta ad eorum directos dominos deuoluantur, & absq; eo⁊ consensu teneri non ualeant perpetuo statuimus, & ordinamus. Et nihilominus

De partipa. Ind eccle si. Vrbis.

De priui. Cōfra.

Absentes easdē Indul. confe. quā præsen. in Vrb.

Indul plena. nominan. IESV.

uniuersis & singulis Archiepiscopis, episcopis abbatibus, & aliis in dignitate ecclesiastica constitutis personis, necnō Canonicis Metropolitañ. uel aliarum Cathedralium Ecclesiarum, ac dictorum Archiepiscoporum, & Episcoporum Vicariis in spiritualibus, generalibus, & Officialibus ubilibet constitutis, per apostolica scripta, motu simili mandamus, quatenus ipsi uel plures, aut unus eorum per se, uel alium, seu alios authoritate nostra faciant præsentes litteras, & in eis contenta quæcunq; optatum effectum sortiri, ac ab omnibus (quos concernunt) inuiolabiliter obseruari. Non permittentes quemquam contra tenorem præsentium modo aliquo, molestari, impediri, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles etiā per quascunq;, arbitrio suo imponendas, applicandas, & exequendas censuras, & pœnas, ac alia iuris remedia appellatione postposita compescendo. Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus fe. re. Bonifacii Papæ. viii. prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suā diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suę diocesis, ad iudicium euocetur. seu ne iudices a sede prædicta deputati, extra Ciuitatem, uel diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunq; procedere aut alii, uel aliis uices suas committere præsumant. & de duabus dietis in cōcilio generali ædita, ac aliis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnō statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoq;, indultis, ac litteris apostolicis, a dicta sede etiam motu proprio, & ex certa scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine & de dictæ Romanæ ecclesię Cardinalium consilio, & consensu, etiam consistorialiter habitis, ac per uiam contractus, & obligationis iuramento uallati, necnon perpetui statuti, & ordinationis, & cum quibusuis etiam exceptiuis, præseruatiuis attestatiuis irritatiuis, annullatiuis, restitutoriis, innouatoriis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficatioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, & ex quantumcunq; urgentissimis causis, ac necessario exprimendis, quolibet emanatis, & emanandis, quibus etiā si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, spiritualis & indiuidua, ac de uerbo ad uerbum, non autem per clausulas generales idem importātes, mentio seu quæuis alia expressio habenda aut exquisita forma seruanda foret. Illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis ac de uerbo ad uerbū insertis, nec non modos, & formas ad id seruandos pro indiuiduo seruatis habentes harum serie in eo q̄ præsentibus quomodolibet obstent specialiter & expresse derogamus, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Nos. n. præsentes litteras, & in eis contenta quecūq; sub BVLLIS etiam in fauorem Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe ac illius fabricæ, & Cruciatæ sanctæ, quomodolibet emanatis & emanādis, reuocationibus, suspensionibus, annullationibus, limitationibus, modificationibus, uel derogationibus comprehendi, illisq; etiam illorum toto tenore inserto, etiam in aliquo derogari nullatenus posse, & quotiens opus fuerit, totiens in pristinum, & sub quacunq; data, de qua officialibus Archiconfraternitatis huiusmodi pro tempore placuerit, restituta esse, & censeri, ac litteras apostolicas desuper expediri posse decernimus. Et quia difficile foret, præsentes litteras ad quæcunq; loca (ubi opus esset) deferre. Volumus, & apostolica etiam authoritate decernimus, quod earundem præsentium transumptis alicuius Notarii publici manu subscriptis, & curiæ ecclesiasticæ seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutę sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ubiq;, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si forent exibitæ uel ostensæ. Nulli

Mandatū Apo.

Ordina. Boni.

Gratiæ Charita.

ergo

ERGO omnino hominum liceat hanc paginam nostrę absolutionis, approbationis, confirmationis, supplectionis, erectionis, institutionis, subiectionis, concessionis, sta tuti ordinationis, mandati derogationis, uoluntatis & decreti infringere, uel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omni potentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesimo, Decimo nono, Quinto Kals Februarii. Pontificatus nostri Anno Septimo. Mandatū apost.

G. Gabredo.

SIXTVS EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM. Bulla Six. Eccl. B.M. de Populo

INeffabilia gloriosę Virginis dei genitricis Mariæ meritorum insigna deuote con siderationis indagine perscrutati. & intra nostræ mentis archana reuoluentes, quod ipsa castissimo eius utero (prout nostri status exigebat necessitas) humanæ salutis auctorem pertulit & apud eū, qui maternis lactauit uberibus, sedulas pro nostræ fra gilitatis expiatione preces effundit, dignum quin potius debitum reputamus, ut in ho norem sui nominis dedicatas ecclesias presertim in locis, ubi miraculorum claritate corruscat, gratiosis remissionum prosequamur impendiis, & indulgentiarum muneri bus decoremus. Cupientes igitur, ut Ecclesia domus beatæ Mariæ de Populo iuxta portam flamineam de urbe ordinis fratrum heremytarum sancti Augustini, ad quam Romanus populus, & etiam Curiales, ac alii Christifideles diuersarum nationum cū propter diuersa miracula, quæ omnipotens deus meritis & intercessionibus prælibatę uirginis gloriosæ retroactis temporibus, & præcipue dum pestis mirum in modum urbem ipsam inuaderet, & uariis egritudinibus fideles Christi obirent, hactenus ope rata est & operatur indies, magnus populi concursus habeatur. NOS qui hodie cō siderantes quamplures Christifideles in eadem Vrbe febribus, & aliis egritudinibus preter consuetudinem magis grauari, & ex illis infra paucos dies decedere, ad præs fatam ecclesiam personaliter accessimus. & ibidem in nostra præsentia orando domi num, ut aerem salubrem & infirmis sanitatem ex sui pietate, & misericordia elargiri dignaretur missā celebrare fecimus. ut cōgruis honoribus frequentetur, ac Christifi deles eo libentius Deuotionis causa ad illam confluant, quo tandem Precibus, & Meritis præfatæ Virginis adiuti, & per alia bona Opera, quæ fecerint animarum suarum salutem sperauerint adipisci. ¶ De omnipotentis dei misericordia, ac be atorum Petri, & Pauli apostolorum auctoritate confisi, Omnibus, & singulis Christi fidelibus utriusq; sexus uere penitentibus & confessis, qui præfatam ecclesiam in Na tiuitatis, Conceptionis, Purificationis, Annunciationis, Visitationis, & Assumptionis eiusdem Virginis festiuitatibus, a primis uesperis usq; ad secundas uesperas deuote uisitauerint annuatim singulis earundem festiuitatum diebus plenariam omnium pec catorum suorum remissionem & ueniam, auctoritate apostolica tenore presentium in domino concedimus presentibus perpetuis futuris temporibus ualituris. Datū Romę apud sanctum Petrū Anno incarnationis Dominicę Millesimo Quadringentesimo septuagesimo. Sexto, Idus Septembris. Pontificatus nostri Anno secundo.

Margin notes: Deuoti. miracu. — Indul. Ple. in. Festis. b. M.

SIXTVS EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bulla Sixti. iiii. B.M. de popu.

A Sede Apostolica sunt illa benigno concedenda fauore per quæ animarum salu ti benignius consulatur. Cum autem nos nuper uniuersis Christifidelibus uere pęnitentibus & confessis qui ecclesiam beatæ Mariæ de Populo de urbe ordinis Fratrum heremytarum sancti Augustini, in singulis eiusdem beatæ Mariæ uirginis festiuitatibus deuote uisitauerint, Annuatim omnium peccatorum suorum remissionem plenariam concesserimus, pro ut in aliis nostris inde Confectis litteris plenius continetur. ¶ NOS ut Christifideles ipsi eandem ecclesiam (ut præfertur) uisitantes Conscientiæ Pacem. & Animarum salutem Deo propitio cōsequantur. Ac ut Indulgentiarum huiusmodi cōmodius participes esse possint, cum eis benignius agere uolentes, q̄ prior domus dictæ ecclesiæ de Populo tēpore existēs sex Sacerdotes ipsius ordinis sancti Augustini idoneos & discretos in ipsa ecclesia de populo deputare ac unum ex eis priorem aliorum constituere possit, qui confessiones quarumcunq; personarum eandem ecclesiam (causa huiusmodi indulgencias consequendi) uisitācium in festiuitatibus prędictis. ¶ Necnon a media Quadragesima, usq; ad octauam Resurrectionis Paschæ domini nostri Iesu Christi quando a populo Romañ. & a Curialibus, tū propter deuotionem quam ferunt beatæ Virgini, tum etiam propter maximū numerum indulgentiarum eo tempore a diuersis prędecessoribus nostris Romañ. Pontificibus concessarum frequentissime uisitare, audire & earum confessionibus diligenter auditis eisdem personis a quibuscunq; peccatis (quæ confitebuntur) sicut pęnitenciarii minores in Basilica principis Apostolorum de urbe deputati faciunt, & facere possunt. Iniunctis eis pro commissis pęnitentia salutari & aliis, quæ de iure fuerint iniungenda, debitam absolutionem impendere. Ita tamen, quod idem cōfessores de hiis, de quibus alteri fuerit satisfactio impendenda, eam dictis personis per eas si superuixerint uel alios si forte, tunc transierint facienda iniungat quam ipsæ personæ uel illi aliis facere teneantur (ut pręfertur) auctoritate apostolica tenore pręsentium de uberiori gratia concedimus, & etiam indulgemus. non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis cæterisq; contrariis quibuscunq;. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc Paginam nostræ Concessionis, & Indulti infringere, uel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attemptare prę sumpserit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadragesimo septuagesimo secundo quarto Idus Octobris Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Indul. Ple. in fin. festis B.M.

Prior potest cōstituere sex Sacer. in Pœnitē.

Frequens uisita.

SIXTVS EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM

Bulla eius. Pon. dictæ eccle. con.

CVm ineffabilia gloriosę dei genitricis Marię merita deuote, & pie consideramus, & intra Nostrę mentis penetralia recolimus, q̄ ipsa castissimo eius utero (prout nostri status exigebat necessitas) humanę salutis gestauit auctorem. & apud

cum

eum quem maternis lactauit uberibus, sedulas pro nostrorum peccatorum & delictorum remissione preces effundit. dignum(q; ia potius debitū) reputamus, ut in honore sui nominis dedicatas ecclesias presertim in alma urbe, gratiosis remissionum prosequamur impendiis, & indulgentiarum muneribus decoremus. Cupientes IGITVR, ut Ecclesia domus beatæ Mariæ de populo iuxta portam flamineam dictæ urbis ordinis fratrum heremytarum sancti Augustini sub regulari obseruantia, & cōgregatione Lombardiæ degentiū, quā nup solo prius æquatam, & in pręsenté structurarum formam redactam, regularis obseruantia professorum & uirgini laudes, ac pręces: assidue pro uniuerso populo decantantium copioso numero pro gemmis preciosissimis aliis q̧ pro obseruantia necessariis ornatibus decorauimus. & ad quam ecclesiā ac plurimum uenerādam dulcissimæ uirginis dei genitricis imaginem sub mirifice recondītam, sicut dilectis filiis Guydone de Arpagione, Antonio de sancto bensano Ioanne de noysins Viceecomite de ambris, & aliis eorum collegiis Cardinalium in Christo filii nostri Ludouici Francorum Regis illustris orationibus NOS cū pro cōsuetudine, & deuotione nostra iremus comitātibus. dictus Ludouicus Rex, eiusq̧ Natus Delphinus, & dilecta in christo filia Anna, eiusq̧ Coniunx, ob celebrem in Curia maxime, & ubiq̧ terrarum huius deuotissimæ IMAGINIS a sancto Luca depictę famam, ac frequentium signorum, gratiarum, & miraculorum coruscationem, singularem gerunt deuotionis affectum congruis honoribus frequentetur. proq̧ illorum fęlici statu conseruando ac uniuersali christi fideliū pace impetranda, a dilectis filiis Priore, & fratribus ibidem existentibus, deo & beatę Virgini frequentius exsoluātur debitę gratiarum actiones. ac Romanus populus, Necnon curiales, & alii christi fideles eo libentius deuotionis causa ad illam confluant, quo ex hoc ibidē dono celestis gratiæ conspexerint se refectos. ¶ Motu proprio, & ex nostra certa scientia ac mera deuotione quam ad Imaginem ipsam etiam gerimus. de omnipotentis dei mīa ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus & singulis christifidelibus, utriusq̧ sexus uere pænitentibus, & confessis, ¶ Qui pręfatā ecclesiam die sabbati singularum Ebdomadarum quadragesimę deuote uisitauerint annuatim, omnium peccatorum suorum Remissionem & ueniam, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus. ¶ Et ut fideles ipsi ad dictam Ecclesiam pro indulgentiis consequendis pro tempore confluentes, illarum capaces facilius efficiantur, Priori pro tempore existenti dictę domus sex Presbyteros ipsius ordinis ydoneos, qui eorūdē fideliū in eccl'ia & die pręddictis confessiōes audire, & eorū confessio. diligēter auditis, eisdē personis a quibuscūq̧ petis quæ cōfitebunt, sicut Pænitētiarii minores in Basilica Principis Apostolorū de Vrbe deputati faciūt, & facere possunt. iniunctis eis pro commissis penitentia salutari & aliis, quæ de iure fuerint iniungenda, debitam absolutionem impendere. Ita tamen, q̧ iidem Confessores de hiis de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam dictis personis per eas si super uixerint uel alios si forte tunc transierint faciendam iniungat. quam ipsę personę uel alii facere teneantur, ut prefertur deputandi plenam & liberam eisdē auctoritate & tenore & licentiam concedimus & etiam facultatem. non obstan. constitutioñ. & ordinatioñ. apostolicis, contrariis quibuscunq̧ presentibus perpetuis futuris temporibus ualituris. ¶ Per hæc autem indulgentiis etiam plenariis concessis uisitantibus ecclesiā prędictam, & manus inibi porrigentibus adiutrices, tam a predecessoribus nostris q̄ a nobis & pręsertim in nonnullis eiusdem uirginis Mariæ festiuitatum diebus nulla

Ecclesia b. M. de populo indu. decorata est.

Imago. b. M. a s. Luca depicta est.

Remissio pecca to. in Sabbatis Quadragesimę.

Pænitentiarii.

Indul. Ple.

alerentur & curarentur. & illis extantibus nisi ipsius hospitalis facultates ad id
euidenter suppeterent, aliqui infirmi curabiles ibi recipi non possent. cum pro talibus
multa, & locupletia essent in urbe hospitalia. & ne ex huiusmodi noua, & necessaria
dictorum incurabilium infirmorũ receptione, aliquid dicto hospitali circa celebra-
tionẽ Anniuersariorũ pro animabus defunctorũ ad quæ dicta Societas tunc teneba- Obligatio socie.
tur, & pro tẽpore obligaretur, & aliorũ piorũ operũ per eosdẽ antiquos Cõfratres
exerceri solitorũ pręiudiciũ inferretur, quod duorũ proborũ uirorũ de cõmuni cõsẽ
su dictorũ antiquorũ & modernorum Cõfratrũ, & in euentum discordię tertii ad hoc
eligendorũ arbitrio, omnia & singula bona stabilia quæ dictũ hospitale tunc posside
bat estimarẽtur. & totũ id quod ex illis proueniebat annuatim, & quod si terrę ad
ipsum hospitale pertinẽtes (prout alię illis contigue locate fuissent) peruenisset, colli
gerẽtur in unã certa summã quæ tã ex prędictis q̃ aliis quibusuis per dictũ hospitale
acquirendis bonis annis singulis deduceretur. ex qua dicta pro tẽpore debita, ãniuer
saria in primis celebrarẽtur. & quod inde superesset, in maritagiũ pauperũ honestarũ
puellarũ in festo sancti Iacobi approbãdarũ cõuerterẽtur. & quod oia donanda, relinquẽ-
da, & leganda tã inter uiuos q̃ ex causa mortis dicto hospitali uel societati pro anni-
uersariis huiusmodi dũtaxat celebrandis, dictæ summæ accrescerent & ad illã seu illi
us massam pertinerent. necnon quod regimini & gubernio dicti hospitalis custodes qua Custodes Hos.
tuor pręessent annuatim mutãdi, quorũ duo essent Romani, & duo essent forẽses. ad
derẽturq; duodecim consiliarii, de quorũ gremio dicti custodes eligerentur, quorum-
quidẽ consiliariorũ sex essent Romani, & sex forẽses. & quod dicti quatuor custodes, & Consiliarii.
duodecim consiliarii potestatẽ haberẽt omnia faciendi, quæ tota Societas facere pos
set, dũmodo de alienatione loci dicti hospitalis, & illius bonorũ immobiliũ pręsen-
tiũ & futurorũ absq; ipsius societatis cõsensu quouis quęsito colore se nullatenus in
tromitterent. Pręterea duo sindici elegerẽtur, unus Romanus, & alius forẽsis qui cõ- Sindici.
puta, rationes dicti hospitalis uiderent, & alia facerent quæ ad sindicatus officiũ iux
ta dicti hospitalis antiqua statuta spectabãt. & similiter duo Notarii practici in cau Notarii.
sis forẽsibus pertractandis, unus Romanus & alter forensis, qui ea quæ dicti hospita
lis utilitatẽ concernebant, fideliter scriberent & annotarent, & alia facerent quæ ad
notariatus officiũ iuxta eadẽ statuta pertinebãt. ac demũ quatuor probi uiri uisita- Visitatores.
tores dictorũ infirmorũ incurabiliũ nuncupandi deputarentur, duo Romani, & duo
forenses, qui una cũ dictis duobus sindicis a nobis super hoc facultatẽ & authoritatẽ
habituri, omnes & singulos pauperes infirmos quocunq; morbo laborãtes uagos per
urbẽ atq; dispersos diligenter perquirerent, et curabiles ad hospitalia in quibus infir
mi curabiles recipi cõsueuerant, incurabiles uero etiã renitentes ad dictũ Hospitale
.s. Iacobi duci, eosq; in illis respectiue recipi, et in dicto hospitali .s. Iacobi receptis
iuxta hospitalis facultates et receptorũ qualitatẽ, necessaria administrari facerẽt prout
ut in quodã publico instrumento desuper confecto dicitur plenius contineri. NOS
igitur piũ et laudabile dictorũ confratrũ propositũ huiusmodi plurimũ in domino Commendado.
cõmẽdantes, et ut ex eo optati fructus proueniant intimo desiderantes affectu, consi-
derantesq; ad hospitalitatẽ huiusmodi tanto hominũ numero tot morborũ generibus
laborãti congrue exhibendã, magna esse opus impensa, et propterea uolẽtes eidẽ hos-
pitali de apostolice sedis peculio partẽ conferre, et alios ad pie aliquid eius intuitu
conferendum a quo cuncta quæ possident acceperunt, spiritualibus donis inuitare.
Motu proprio non ad dictorũ cõfratrum uel aliorũ quorũuis pro eis nobis super hoc

oblatę petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate & ex certa scientia, statuta & ordinationes huiusmodi rata habentes atq; grata. ℭ Authoritate apostolica tenore pręsētiū hospitale prędictū in archihospitale, caputq; omniū hospitaliū pauperū infirmorū incurabiliū ubilibet cōstructorū, & cōstruendorū erigimus & instituimus, illiq; omnia & singula constructa, & construenda incurabiliū infirmorū huiusmodi hospitalia immediate subiicimus, & facimus ab eo dependentia membra sine tamen eorū præiudicio. ac Sindicis & uisitatoribus præfatis qui pro tēpore fuerint, quoscunq; pauperes infirmos utriusq; sexus per urbem uagātes, si curabili. ad sub imagine Saluatoris, uel Sancti Spiritus in Saxia, aliaue (in quibus tales recipi solent) si uero incurabili morbo laborent, ad sancti Iacobi hospitalia huiusmodi etiā renitētes atq; inuitos conduci, eosq; in dictis hospitalibus recipi, & in dicto Archihospitali receptis iuxta illius facultates & receptorū qualitates necessaria ministrari faciendi, & alia omnia & singula ad id quomodolibet opportuna gerēdi, & exequendi etiā per aliū uel alios plenā & liberā concedimus facultatem. & dictū archihospitale in omnibus et singulis suis bonis pręsentibus et futuris et rebus ad eius manutentionē et incrementū, ac pauperum in eo pro tēpore degentiū uictū, et sustētationē necessariis, & opportunis ab omnibus datiis & gabellis nunc & pro tempore impositis prorsus eximimus, & liberamus. ℭ Et eidem Archihospitali, quod ipsum & ab eo dependētia membra quibus id per illius custodes & Consiliarios pro tempore existētes specialiter concedit ur. duntaxat illorum ecclesiæ seu cappellæ infirmi Confratres. ministri, seruitores, familiares, res, & bona quecunque omnibus & singulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, & fauoribus, & indultis spiritualibus, & temporalibus in genere, & in specie sub imagine Saluatoris & sancti Spiritus prędictis, ac sancti Iacobi in Cōpostella hospitalibus, eorūq; confraternitatū cōfratribus, infirmis, ministris, seruitoribus, familiaribus, rebus, & bonis, apostolica aut quauis alia auctoritate concessis, & pro tēpore concedendis, non solum ad instar sed æque principaliter & absq; ulla penitus differētia perinde ac si ipsis a principio sigillatim concessa fuissent, utātur, potiantur, & gaudeant indulgemus. ℭ Et insuper, q; Clerici, etiā in sacris ordinibus constituti, Abbates, Epi, Archiepi, patriarchę & alii ecclesiarū prelati etiā sanctæ Romanę eccle. cardinā. possint de bonis per eos etiā per ecclesias, & monasteria, & beneficia ecclesiastica acquisitis, tā inter uiuos q̄ ex causa mortis, & in eorū ultimis uoluntatibus quantūcunq; eis placuerit dicto Archihospitali donare, & legare, uel etiā illud in omnibus eorū bonis huiusmodi seu eorū partē uniuersalem heredē instituere. & q; quilibet Christifidelis utriusq; sexus in urbe p tēpore residens, qui in eius testamento, uel alia ultima uolūtate de bonis suis aliquid (non tamen infra quinq; ducatorū auri ualorē) eide Archihospitali donauerit, seu legauerit, Plenariā omniū peccatorū suorū (de quibus corde contritus, & quæ ore cōfessus fuerit) indulgentiā, & remissionē consequatur. Teneanturq; Notarii, & scribę de donationibus, uel legatis dicto archihospitali pro tēpore faciendis, ac Testamētis Codicillis, uel aliis ultimis uoluntatibus archihospitalis & in illius pauperū huiusmodi utilitatē quomodolibet cōcernentibus. pro tēpore rogati infra mēsem post diē rogitus, si dispositio fuerit inter uiuos, & si ex causa mortis post diē obitus donantis, legantis, uel testantis, aut alias (ut premittitur) disponentis immediate sequentem legata, donata, aut alias dispositiones huiusmodi alicui ex eiusdem archihospitalis Custodibus & consiliariis pro tempore existentibus fideliter nunciaret, alioquin dicto mēse

Hospi. s. Iacobi caput est omniū Hosp. incurabi.

Hospi. eximitur a Gabellis.

Confra. gaudent priuile. aliorum hospitalium

Remi. ple largi. elemosi Hospi.

elapso

elapſo excõmunicationis late ſentetię a qua non niſi de cuſtoduin & Conſiliariorum
huiuſmodi pro tempore exiſtentium conſenſu (pręter q̃ in mortis articulo conſtitu- Notarii.
tus) abſolui nequeat, & ab officio, & exercitio notariatus ubilibet ad annum ſuſpenſi
onis pęnam incurrat eo ipſo. qui ſi ſuſpenſione hmõi durante in dicto exercitio quo
modolibet ſe ingeſſerit, falſum cõmittat. actus rñ de quibus inter ſuſpenſionẽ eadẽ
ignoranter rogabitur, detrimentũ aliquod ꝓpterea non ſuſtineant. Liceatq; ſingulis
dicti archihoſpitalis confratribus præſentibus & futuris, aliquem preſbyterũ ſecula
rem uel cuiuſuis ordinis regularem, in ſuum eligere confeſſorẽ. qui (uita eis comite) Electio cõfeſſo.
eorũ confeſſionibus diligenter auditis, ab omnibus & ſingulis eoꝝ peccatis, exceſſi
bus, criminibus, & delictis quantumcunq; grauibus & enormibus, etiã ſi tales fuerint
propter quæ ſedes aplica ſit merito conſulenda, uidelicet in eidem ſedi reſeruatis.
Offenſę eccleſiaſticæ libertatis, criminum hereſis, Rebellionis, aut conſpirationis in
pęrſonã uel ſtatũ Ro. pontif. ſeu ſedis prędictę. falſitatis litterarum, ſupplicationum Caſus reſeruati.
& cõmiſſionum Apoſtolicaꝝ. inuaſionis, Deprædationis, uel occupationis aut de
uaſtationis terrarum & maris eidẽ Rom̃. eccleſiæ mediate uel immediate ſubdictorũ.
offenſę perſonalis in Epiſcopum uel alium prælatum. prohibitionis deuoluptionis
cauſarum ad Rom̃. cur. Delationis armoꝝ, & alioꝝ prohibitorum ad partes infideliũ
duntaxat exceptis ſemel in uita. In aliis uero quoties fuerit opportunum, pro cõmiſ
ſis debirã eis abſolutionem impendat, & iniungat penitentiã ſalutarem. Necnon
uota quecunq; ultramarino liminum apoſtoloꝝ Petri, & Pauli de urbe, ac eiuſdẽ ſan Cõmutatio Votorum.
cti Iacobi in Compoſtella, & ſanctæ Mariæ de Loreto, religioniſq; & caſtitatis uotis
duntaxat excepti, in alia pietatis opera cõmutare. Idemq; uel alius cõfeſſor omnium
peccatoꝝ (de quibus corde contricti, & quæ ore confeſſi fuerint) ſemel in uita, & in
mortis articulo, quoties ille occurriſſe uidebitur etiã ſi mors tunc nõ ſequatur. Illis
autẽ ex eiuſdẽ archihoſpitalis cõfratribus pro tẽpore exiſtentibus, qui dicto Archi
hoſpitali decẽ ducatos auri uel eorum ualorẽ in pecunia, uel aliis rebus ꝓpter hoc
ſpecialiter donauerint, ſemel ſingulis annis plenariã Remiſſionẽ, ipſis in ſynceritate Abſolu. Plena.
fidei, unitate dictę Rom̃. eccleſiæ ac obedientia & reuerentia noſtra, & ſucceſſoꝝ Ro
mañ. Pontificum canonice intrantium pręſiſtentibus, eadẽ apoſtolica auctoritate cõ
cedere poſſit. ¶ Et ꝙ iidẽ confratres, qui quadrageſimalibus & aliis totius anni tẽ
poribus quibus nonnullæ in dicta urbe, & extra illius muros conſiſtentes eccleſiæ pro
ſtationibus cõſequẽdis uiſitari ſolent, eccleſiã dicti archihoſpitalis deuote uiſitaue
rint, & manus in dicti Archihoſpitalis ſubſidiũ quantumuis modice porrexerint ad
iutrices eaſdẽ indulgentias, & peccatoꝝ remiſſiones conſequantur, quas conſequerẽ
tur, ſi dictas ſtationarias eccleſias perſonaliter uiſitarent. authoritate apoſtolica & te Cõſecutio grat. Statio. de Vrbe.
nore pręmiſſis ſtatuimus, & ordinamus. Pręterea ut Archihoſpitale, & illius eccleſia
congruis frequentetur honoribus, & infirmi in eodem Archihoſpitali pro tempore
recepti, charitatiuis fidelium uiſitatione, & conſolatione recreentur fideleſq; ipſi ad
hoc eo libentius ſe conferant, & erga dictum Archihoſpitale, & illius pauperes infir
mos largius ſuæ liberalitatis dona diffundant, quo exinde pro temporalibus bonis
quæ erogauerint, eternæ uite præmia ſe nouerint adipiſci. de omnipotentis dei miſe
ricordia ac eorundem Petri & Pauli apoſtolorum eius authoritate confiſi Omnibus
& ſingulis utriuſq; ſexus Chriſtifidelibus qui Archihoſpitale ſeu illius eccleſiã pre
dictam diebus ſabbatis tertię partis iniunctarum eis pænitentiarum. ¶ Et qui
in eiuſdem ſancti Iacobi, & conceptionis glorioſiſſimę dei genitricis Mariæ feſtiui

Flargiē, elemo. Hosp. Plena in dulgentia.

tatibus, & earum quálibet a primis uesperis usq; ad occasum solis singularum festiui-tatum earundē annuatim deuote uisitauerint, & pro dictorum archihospitalis et illi-us pauperum subsidio et alimonię substentatione prout sua cuiq; conscientia dicta-uerit, manus porrexerint adiutrices, quotiens id fecerint, toties plenariam omnium peccatorū suorū de quibus corde contriti & quæ ore confessi fuerint, indulgentiā & remissionē in domino elargimur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-nibus apostolicis, ac fundatione dicti archihospitalis etiā si laicorū sit, ac aliis statu-tis, & cōsuetudinibus Archihospitalis, & confraternitatis eiusdē iuramēto, confirma-tione aplica, uel quauis firmitate alia roboratis, ceterisq; contrariis quibuscunq;. Vo-lumus autē, q; confessor (quē quilibet dictorū confratrum duxerit eligendū) de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, ea sibi per se, si superuixerit uel alios si forte transierit, faciēdā iniūgat, q̄ ipsi, uel illi facere omnino teneātur. Et ne (quod absit) propter huiusmodi facultatē eligendi confessorē reddatur quisquā procliuior ad illicita in posterū cōmittenda, q; illis ex eisdē confratribus qui syncerirate fidei unitate dictæ Rom. ecclesiæ, aut obedientia, & deuotione nostra, uel successorū prædictorū destiterint, aut ex confidentia cōcessionis, uel remissionis huiusmodi, aliqua forsan cōmiserint, concessio & remissio prędictæ, quoad illas pręsentes literæ nullatenus suffragentur. NVLLI ergo omnino hominū liceat hanc Paginā nostræ erectionis, Institutionis, subiectionis, facti, concessionis, exemptionis, & liberationis indulti, elargitionis, & uoluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctū Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo, quinto decimo, Quarto decimo Kal. Augusti, Pontifi. nostri anno tertio.

Annotatio.

Prohibitio.

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Cōseruato. hospi. s. Iacobi.

EX supernę dispositiōis arbitrio uniuersalis ecclesiæ regimini gregiq; dominico pręsidētes, inter uarias curasq; multiplices, & sollicitudines q̄ ex ministerio pa-storalis officii nobis incūbit, illā totis affectibus, & desiderii libēter amplectimur, p quā Christi pauperibus, & egenis miserabilibusq; personis, in quibus redēptor noster summi patris unigenitus Iesus Christus se pręsentare dignatus est, inopię & indigē-tię subuenitur. & ut singula pia loca, pręsertim hospitale. s. Iacobi in Augusta de Vr-be, nuper per nos in Archihospitale erectum, & institutum, a quibusuis iniuriis, mole-stiis, & uiolētiis, ac peruersorū conatibus cōseruēt, & iuxta cordis nostri affectionē fęliciter gubernētur, partes nostras quātum ex alto permittit impēdimus efficaces. Dudum siquidē ex certis prenecessariis causis, motu proprio, & ex certa sciētia hospi-tale. s. Iacobi de Augusta de Vrbe in Archihospitale, & caput omniū hospitaliū, pau-perū, infirmorū incurabiliū ubilibet constructorū, & construendorū ereximus, & insti-tuimus, & illi omnia, & singula cōstructa incurabiliū infirmorū hmōi hospitalia im-mediate (sine tñ illorū pręiudicio) effecimus, & eidē Archihospi. & illius mēbris, eo-rūq; cōfratribus, tūc p tēpore existētibus, & i ipsis degētibus psonis eorūq; singulis nōnullas indulgētias, & peccatorū remissiōes elargiri sumus, put in nostris inde cō-fectis literis plenius cōtinet. Cū autē (sicut ex eorūdē cōfratrū Archihospitalis huius-modi conquestione praecepimus, q; nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, aliiq; ecclesia-rum Prælati, & Clerici, ac ecclesiasticę personæ tā religiosæ q̄ sęculares, necnō Duces

Conquestio contra.

Marchiones

Marchiones, Comites Barones, Nobiles, Milites, & Laici Cōmunia ciuitatū, Vniuersitatum, Oppidorū Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac aliȩ singulares personæ nonnullarum Ciuitatum, Diocesum, & partiū diuersarum occuparunt, & occupari fecerunt Castra, Villas, & alia loca, Terras, Domos, Possessiones, Iurisdictiones necnon Fructus, Redditus, & prouentus beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sȩcularium, & quorumuis ordinum regularium ad Archihospitale, ac membra huiusmodi illorum seruitores, & alios sȩculares quorumuis etiam mendicantium ordinum regulares personas in illis pro tempore degentes spectantia & pertinentia & ea detinent occupata seu ea detinentibus, prȩstant auxiliū, consilium & fauorem, nōnulli etiā ciuitatū & diocesū ac partiū prȩdictarū, qui nomen domini in uanū recipere non formidant, eisdē Archihospitali membris seruitoribus, & aliis personis huiusmodi super prȩdictis castris, uillis & locis aliisq; terris, domibus, iurisdictionibus fructibus, redditibus, censibus, & prouentibus eorundem. ac bonis mobilibus & immobilibus, spiritualibus & temporalibus, aliisq; rebus ad Archihospitale, membra, seruitores, & alias personas in Archihospitali, & membris degentes, huiusmodi pro tempore spectantibus multiplices molestiæ & iniuriæ inferunt iacturas. ℂ Quare confratres prȩdicti nobis supplicarunt, ut cum eisdem ac dictorum membrorum prȩsentium, & futurorum confratribus, Sindicis, Custodibus seruitoribus, & personis ualde reddatur difficile pro singulis querellis ad sedem apostolicam habere recursum, prouidere eis super hoc paterna diligentia curaremus. NOS igitur aduersus occupatores, detentores prȩsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi illo uolentes eisdem Archihospitali, membris, & personis in eis degentibus, ac seruitoribus remedio subuenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, & aliis aditus similia committendi prȩcludatur. Confratres Sindicos, Custodes, Seruitores ac personas huiusmodi, & eorū singulas a quibusuis excōmunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; ecclesiasticis sententiis, censuris, & pȩnis a iure uel ab homine quauis occasione, uel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum prȩsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes. ℂ Huiusmodi supplicationibus inclinati, Archihospitale membra & in eis degentes personas durante seruitio, & actu in Archihospitali & membris prȩdictis deseruientes seruitores huiusmodi prȩsentes & futuros, ac eorum singulos ipsorumq; & cuiuslibet eorum beneficia ecclesiastica, etiam si canonicatus, & prȩbende, dignitates personatus, administrationes, uel officia in cathedralibus etiam Metropolitanis aut collegiatis & dignitates ipsȩ in cathedralibus etiam Metropolitanis. post pōtificales maiores aut collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint, per eosdem seruitores & personas in titulum, uel cōmendam aut alias nunc & pro tempore obtenta ac res, & bona quæcunq; mobilia, & immobilia, prȩsentia, & futura ab omni iure quarumcunq; parrochialium ecclesiarum infra quarum limites existant, seu quarum parrochiam pro tempore existerint iurisdictione dominio, potestate uisitatione, & correctione Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum ordinariorum eorumque officialium, uicariorum, commissariorum, & aliorum quorumcunq; etiam apostolicorum iudicum & delegatorum tam ecclesiasticorum, q̄ sȩcularium etiam mixtim ordinarii, & delegati, & alias qualitercunque qualificati. fuerint. ℂ Eximimus, & totaliter liberamus, ac sub beati Petri patrocinio, ac nostra & sedis apostolicȩ protectione suscipimus. ac nobis & Romano pontifici pro tempore existenti immediate

Occupa. Hosp.

Suppli. Confra.

Conce. Pontifi.

Exemptio.

subiicimus. Itaque Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Ordinarii, Officiales, uicarii, Commissarii, Rectores & iudices præfati præsentes & futuri, nullam iurisdictionem, superioritatem, authoritatem, dominium, potestatem, uisitationem aut correctionem in Archihospitale, membra, & personas, ac huiusmodi seruitio durante seruitores, eorumque beneficia, res, & bona huiusmodi, præsentia & futura, utpote prorsus exēptos & exemptos, etiam ratione cuiuscunque delicti, aut contractus, seu rei de qua ageretur, ubicunque committatur delictum, ineatur contractus, aut res ipsa consistat exercere, seu excommunicationis, suspensionis, interdicti, seu alias sententias, censuras & pœnas ecclesiasticas promulgare nequeant. Ac confratribus archihospitalis, & membrorum huiusmodi, eorundem Archihospitalis, & membrorum, bona mobilia & immobilia, præsentia, & futura, pro quibuscunque aliis mobilibus, & immobilibus bonis quorumcunque ualorum existant, cum quibuscunque personis tam ecclesiasticis, quam secularibus cuiuscunque qualitatis præeminentiæ existentibus, ac ecclesiis etiam cathedralibus Metropolitañ. parrochialibus, hospitalibus uel aliis quibusuis piis locis, permutare seu bona Archihospitalis, & membrorum huiusmodi cum prædictis, & quibusuis aliis personis etiam ecclesiasticis, uel secularibus, ac ecclesiis, & locis prædictis cum quibus Archihospicalis, & membrorum huiusmodi conditionem efficere potuerint meliorem in emphiteosim perpetuam, & sub alio canone, siue censu, seu ad tempus, uel alias toties quoties opus fuerit concedendi & uendendi. & eorum pretia in fabricā & substentationem pauperum Archihospitalis, & membrorum huiusmodi conuertendi tam liberam licentiam, & facultatem concedimus. QVO CIRCA Venerabilibus fratribus nostris uniuersis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis personis in dignitate ecclesiastica constitutis, ac cathedralium & metropolitanarum Ecclesiarum Canonicis, necnon eorundem Archiepiscoporum, Episcoporum, Officialibus, seu Vicariis, in spiritualibus generalibus ubilibet constitutis, per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, uel duo, aut eorum aliquis per se uel alium seu alios (etiam si sint extra loca in quibus deputati fuerint conseruatores & iudices) Archihospitali, membris, ac in illis degentibus personis, & huiusmodi durante seruitio seruitoribus, & eorum cuilibet, ac Confratribus, Sindicis, & Custodibus prefatis in præmissis efficaciis defensionis præsidio assistentes, ipsosque, & eorum singulos, etiam contra quoscunque bonorum suorum spiritualium, & temporalium ad Archihospitale, & membra ac in illis degentes, & seruitores huiusmodi illorumque beneficia prædicta per eos nunc & pro tempore obtenta, tam ratione personarum suarum quam alias legitime spectantium et pertinentium occupatores et detentores ac super eis iniurias inferentes et iacturas perpetuo defendentes, faciant auctoritate nostra Archihospitale, membra, et personas ac huiusmodi durante seruitio seruitores exemptione, ac liberatione. et confratres sindicos, et custodes licētia et facultate huiusmodi, ac aliis præmissis pacifice frui et gaudere. Non permittentes eos, uel eorum aliquem per Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Ordinarios illorumque officiales, uicarios, Rectores, commissarios, ac Etiam iudices ecclesiasticos, et Sæculares, ac alios supradictos etiam ut præfertur, qualificatos per communia ciuitatum, uniuersitatum, oppidorum, et aliorum locorum, ac quascunque alias personas Huiusmodi indebite molestari, uel eis super eisdem Bonis Grauamina, seu damna, aut iniurias irrogari. Facturi,

Hosp. s. Iacobi ab omni iurisdictione eximitur.

Apostolicū decretū.

Seruitores Hospi. molestari nō debent.

ipsis

ipsis Archiospitali, membris, ac personis & seruitoribus, cum ab eis uel procuratoribus suis, uel eorum aliquo fuerint requisiti de prędictis, & aliis personis quibuslibet super restitutione huiusmodi castrorum uillarum, terrarum, & aliorum locorum iurisdictionum, iurium, & bonorum mobilium, & immobilium reddituumq; & prouentuũ & aliorum quorumcumq; bonorum, necnon de quibusdam molestiis iniuriis ac damnis pręsentibus & futuris, in illis uidelicet quæ iudicialem requirunt indaginem summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii, in aliis uero prout qualitas negotiorum exigerit iustitiæ complementum, occupatores seu detentores pręsumptores molestatores, & iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet, & rebelles cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, uel cõditionis extiterint quãdocunq;, & quotiescunq; expedierit authoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sęcularis. Et nihilominus legitimis super his habendis seruatis processibus contra illos quos censuras, & pęnas huiusmodi per eos pro tempore latas incurrisse constiterint, illas totiens quotiens opus fuerit, iteratis uicibus aggrauare procurent. Non obstantibus fęlicis recordationis Bonifacii papę. viii. qua cauetur ne quis extra suã ciuitatem uel diocesim ad iudiciũ euocetur, nisi in certis exceptis casibus & in illis ultra unam dietam a fine suę dioc. seu ne iudices, & conseruatores a sede deputati prędicta extra ciuitatem, & dioce. in quibus deputati fuerint contra quoscunq; procedere, aut alii uel aliis uices suas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine dioc. eorundem trahere præsumant. & de duabus dietis in concilio generali ædita dummodo ultra quatuor dietas aliquis a fine suę dioc. uigore pręsentium non trahatur, seu quod de aliis quam de manifestis iniuriis, & uiolentiis, & aliis quæ iudicialem requirunt indaginem pænis eos si quas egerint, & in id procurantes adiectis conseruatores se. nullatenus intromittant. Et Innocentii. iiii. contra exemptores uolentes ac Pauli. ii. Romañ. pontificum prędecessorum nostrorum ambitiosæ cupiditatis incipientibus quod aliis quibuscunq; a prędictis & quibusuis aliis Romañ. pontificibus prędecessoribus nostris, tam a iudicibus delegatis, & conseruatoribus, q̃ personis ultra certum numerum ad iudicium non uocandis. & aliis æditis constitutionibus, & ordinationibus, quæ eorundem conseruatorum per præsentes deputatorum possent in hac parte iurisdictiõi aut potestati eiusq; libero exercitio quomodolibet obuiare. Quodq; dicti uicarii, seu officiales ac canonici pręfati per pręsentes deputati nõ sint de personis, quæ in conseruatores deputari possint. Priuilegiis quoq; indultis & literis apostolicis etiam consimilibus conseruatorum deputationibus ac aliis conseruatoriis quibusuis personis, ecclesiis mensis hospitalibus seu aliis piis locis sub quibusuis uerborum formis, & clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis & aliis quantumcumq; fortissimis, & insolitis clausulis per nos, & prędecessores, ac successores nostros Romañ. Pontifices, & sedem eandem hactenus concessis, & in posterum concedendis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis specifica exprȩssa, & indiuidua ac de uerbo ad uerbum, non autem per clausulas generales id importantes mentio seu queuis alia expressio habẽda aut aliqua alia exquisita forma esset, & illis nullatenus aut non nisi de apostolicæ potestatis plenitudine derogari possit, illorum omnium tenores ac si de uerbo ad uerbum pręsentibus insererentur pręsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habẽtes, illis alias in suo robore permansuris hac uice duntaxat specialiter & expresse

Fauo. conseua.

Ordi. Boni. viii.

Innocen. iiii. Paulus. ii,

derogamus cõtrariis quibuſcunq;, aut ſi Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis ordinariis, eorumq; officialibus, & uicariis, canonicis, ac occupatoribus, detentoribus, iniuriatoribus pręfatis uel quibuſuis aliis communiter uel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, uel excommunicari aut extra uel ultra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiuſmodi & eorum perſonis, locis, ordinibus, militiis, & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali uel ſpeciali cuiuſcunq; tenoris exiſtat per quam pręſentibus non expreſſam, uel totaliter non inſertam dictorum Archiepiſcoporum, & aliorum conſeruatorum per pręſentes deputatorum iuriſdictionis explicatio in hac parte ualeat quomodolibet impediri, & de qua cuiuſq; toto tenore de uerbo ad uerbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Cæterum uolumus, ac authoritate & tenore prædictis decernimus, q; quilibet conſeruatorum per preſentes deputatorum proſequi ualeat, articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico perpeditus. Quodq; adatur pręſentium ſit eiſdem conſeruatoribus per pręſentes deputatis, & eorum cuilibet in pręmiſſis omnibus & eorum ſingulis cęptis, & non cęptis pręſentibus & futuris, & pro pręדictis procedere ac ſi pręedicta omnia & ſingula coram eis cæpta fuiſſent. iuriſdictio eorum, & cuilibet eorum in pręedictis omnibus, & eorum ſingulis per citationem uel modum alium perpetuata legitime extitiſſet cõſtitutione pręedicta ſuper conſeruatoribus, & alia qualibet in genere ædita non obſtante. Et quia difficile foret pręſentes literas ad ſingula loca, in quibus expediens foret deferre, etiam uolumus, & eiſdem auctoritate, & tenore decernimus, q; ipſarum tranſumptis manu alicuius notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicuius pręlati uel, perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę aut curię eccleſiaſticæ munitis in iudicio & alibi (ubi opus fuerit) eadem prorſus fides adhibeatur quæ adhiberetur eiſdem pręſentibus, ſi eſſent exhibitæ uel oſtenſæ. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis exemptionis liberationis, ſuſceptionis ſubiectionis, conceſſionis, derogationis, decreti, & uoluntatis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare pręſumpſerit, indignationẽ omnipotentis dei, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datu Romæ apud ſanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſextodecimo, Quarto decimo Kal. Iunii. Pontificatus noſtri anno quarto.

Priuile. cõſeruа.

Decretum.

Vigor tranſum.

Al. De. Villareal.

Bulla Leo. Hoſpi. s. Iacobi.

LEO EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ſs.c.xiii.

ILlius, qui in altis habitat, & humilia reſpicit (licet imparibus meritis) uices gerentes in terris circa hoſpitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet ſtatutum ſalubriter dirigendum, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, ea libenter concedimus per quæ hoſpitalium pręedictorum pauperumq; ac miſerabilium perſonarum ad illa pro tempore confluentium, & in illis deſeruientium indemnitatibus conſulatur, & oportunitatibus ſubueniatur. & quæ propterea per ſedem apoſtolicam & illius authoritate ſunt conceſſa quibuſuis obſtaculis ſublatis firma, & inconcuſſa permaneant.

ipſaq;

ipsaq; hospitalia prosperis authore domino iugiter proficiant incrementis. Ac etiam Christifideles ad oportuna suffragia exhibendum, indulgentiis, & remissionibus inuitamus, ut per temporalia bona (quae erogauerint) cõsequi mereantur praemia salutis eternę. Dudũ siquidem certis tũc eminentibus, & ualde pernecessariis causis. Motu proprio & ex certa scientia, Hospitale sancti Iacobi in Augusta de urbe in Archihospitale, & caput omnium hospitalium, pauperum infirmorum incurabilium, ubilibet constructorum, & constituendorum ereximus, fecimus, & instituimus. Illiq; omnia & singula constructa, & construenda incurabilium infirmorum huiusmodi hospitalia immediate subiecimus, ac fecimus ab eo depẽdentia membra sine tamen eorum pręiudicio. Sindicisq; & uisitatoribus ipsius Archihospitalis, qui pro tempore essent, quoscunq; infirmos utriusq; sexus per urbem uagantes, si curabili, ac sub imagine Saluatoris, uel sancti Spiritus in saxia de urbe, aliaue in quibus tales recipi solet, si uero incurabili morbo laborarent, ad sancti Iacobi hospitalia huiusmodi etiam renitẽtes, atq; inuitos conduci, eosq; in dictis hospitalibus recipi, & in dicto Archihospitali receptis iuxta illius facultates, receptorum qualitates necessaria ministrari faciendi, & alia omnia & singula ad id quomodolibet oportuna gerendi, & exequendi etiam per alium uel alios plenam & liberam concessimus facultatem. Ac dicto hospitali & illius membris eorumq; confratribus tunc, & pro tempore existentibus, & in ipso degentibus personis eorumq; singulis nonnullas indulgentias, & peccatorum remissiones elargiri sumus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum confratrum petitio cõtinebat; Confratres prefati dubitant pręddictas, & alias in literis contentas huiusmodi indulgentias, & gratias per alias Fabricae Basilicę principis apostolorum de urbe, ac aliis ecclesiis hospitalibus, & piis, ac regularibus locis hactenus cõcessas, seu imposterum concedendas, indulgentias suspensas reuocatas seu modificatas fuisse. Aut reuocari suspendi uel modificari, aut sibi minus utiles reddi posse tempore procedente. Quare pro parte eorundem confratrum nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. NOS qui hospitalium quorumlibet & infirmorum subuentionem intensis desideramus affectibus, ac nolentes confratres, & personas pręddictos ac Archihospitalis, & membrorum huiusmodi custodes amplioribus fauoribus & gratiis prosequi. Ipsosq; confratres & custodes ac ipsius confraternitatis singulares personas, a quibusuis excommunicationis, suspẽsionis, & interdicti, aliisq; ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a iure uel ab homine quauis occasione uel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutos fore censentes, ac tenore dictarum literarum pręsentibus pro expressis habentes.

Hospi. sancti Iac. Princeps est omnium hospitaliũ

Dubita. Cõfra.

Dilutio.

¶ Huiusmodi supplicationibus inclinati, indulgentias, & peccatorum remissiones necnon exemptiones, priuilegia & indulta, ac alia quęcunq; in literis huiusmodi contenta sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, modificationibus, derogationibus, decretis, declarationibus quorumcunq; priuilegiorũ, indultorum, & literarum apostolicarum, & indulgentiarum etiam Fabricae Basilicae huiusmodi, & quibusuis aliis ecclesiis, hospitalibus, seu piis ac regularibus locis, etiam sub quibusuis uerborum formis, ac derogatoriarum derogatoriis clausulis, irritantibusq; decretis, etiam motu simili et ex certa scientia hactenus etiam in nullius fauorem concessa, et concessas minime comprehensas, sed ab illis semper exceptas fuisse, et esse auctoritate

Priuile. Hospi.

apostolica tenore præsentium attestamur, decernimus et declaramus, ipsasq; , et in eis contentas, ac presentes literas huiusmodi in futurum sub prædictis seu quibusuis aliis in posterum per nos & successores nostros Roman. pontifices, & sedem eãdem Basilice seu aliis ecclesiis, hospitalibus, & locis predictis pro tempore concessis gratiis & indulgentiis minime comprehendi, suspendi, & reuocari ac modificari posse, nec debere. ℂ Sed quoties ille reuocatę reperiantur, toties illas in pristinum & eum statum esse, quo ante reuocationem, suspensionem, derogationem, aut modificationem huiusmodi existebant, repositas, restitutas, reintegratas, & innouatas esse authoritate & tenore prædictis, statuimus & ordinamus. Et ut Archihospitale & mẽbra prædicta in eorum structuris, & ędificiis debite reparentur, manu teneantur, & conseruentur, ac Christifideles eo libentius ad ea uisitationis causa confluant, & ad reparationem manutentionem, & conseruationem predictas, ac pauperum infirmorũ prædictorum sustentationẽ manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidẽ dono cęlestis gratiæ uberius conspexerint se refectos, omnibus & singulis utriusq; sexus fidelibus ualentibus per se ipsos, impeditis uero seu infirmis per alios, ecclesiã seu ecclesias, aut capellas uel oratoria Archihospitalis & membrorum huiusmodi. In Annuntiatione gloriosę uirginis Mariæ, & commemoratione omnium sanctorum, ac Apostolorum Philippi, & Iacobi festiuitatibus a primis uesperis usq; ad occasum solis singularum festiuitatum earundem annuatim deuote uisitauerint, & ad Archihospitalis seu membrorum huiusmodi reparationem constructionem, & manutentionem, pauperumq; & infirmorum, ac miserabilium personarum in Archihospitali, & membris huiusmodi pro tempore degentium subuentionem, refocillationem, & aliorum necessariorum fulcimentum, & subsidium, manus porrexerint adiutrices, de omnipotentis dei misericordia, ac Petri, & Pauli Apostolorum authoritate confisi, plenariam omnium peccatorum suorum (de quibus, corde contriti & ore confessi fuerint) indulgentiam & remissionem elargimur. Et insuper custodibus dicti Archihospitalis, & membrorum huiusmodi, & eorum cuilibet in singulis festiuitatibus prædicti. ℂ Vnum, uel plures presbyterum, seu presbyteros sæculares & quorumuis ordinum, etiam de obseruantia regulares, qui Christifidelium prædictorum confessiones audire, & ab eorum peccatis, excessibus, criminibus, & delictis absoluere, ac pro commissis penitentiam salutarem impendere ualeant. ℂ Præterea confratribus in Vrbe duntaxat, infirmis uero et aliis utriusq; sexus fidelibus in archihospitali, et membris huiusmodi residentibus, et in illis deseruientibus, orationem dominicam, et salutationem angelicam quinquies singulis diebus recitando: omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, quas fideles prefati ecclesias intra Vrbẽ et extra illius muros stationum, et quadragesimalibus et aliis per totum anni circulum temporibus uisitando consequuntur, consequi possint, et ualeant, perinde, acsi diebus et temporibus huiusmodi, ecclesias huiusmodi personaliter uisitarent, indulgemus. Demum presbyteris, et confessoribus per dictos confratres, et custodes eligendis infirmos et alios utriusq; sexus in Archihospitalis, et membris huiusmodi residentes et deseruientes, sedi apostolicæ reseruatis, exceptis contentis in bulla quæ legitur in Cena domini, semel in uita, et de non reseruatis casibus toties quoties opus fuerit absoluere ac plenariam indulgentiam, et remissionem omnium peccatorum suorum in articulo mortis impendere, ac eis Eucharistiam, et alia sacramenta ecclesiastica administrari, et sepulturæ ecclesiasticæ tradi possint, licentiam et facul-

In dulgẽ. hospi. sancti Iacobi. nõ suspenduntur.

In festiui. Annũcia. B. Mariæ. & omnium sanctorum & Phil. & Iaco. Indulgẽtia plenaria.

Consecutio gratiarum per totũ annum

tatem concedimus. Non obstantibus præmissis, et aliis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisq; contrariis quibuscunq;. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostræ absolutionis, attestationis, decreti, declarationis, statuti, ordinationis, elargitionis, indulti, et concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo sextodecimo. Quartodecimo Kal. Iunii, Pōtificatus nostri anno. iiii.

Prohibitio.

A. Colotius.

G. Cabredo.

Ausculta de verbo ad verbum cū originali cū supradicta additione & cōcordat.

H. De Vernatia.

LEO EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

SAluatoris nostri domini Iesu Christi, qui vt genus humanum primi parentis lapsu damnatum, ab æterna morte redimeret, de sinu summi patris, ad ima descendere humanam carnem, & mortem in cruce subire dignatus est, vices (licet immeriti) gerentes in terris, ad ea nostros libenter diffundimus cogitatus, per quæ fidelium animæ quæ aliorum suffragiis indigere noscuntur, diuina operante clementia ad cœlestis regni gaudia quantocius valeant peruenire, & pauperum, ac miserabiliū personarum, quos rerum fatigat egestas, ex thesauro sanctæ matris ecclesiæ necessitatibus consulatur. Dudum siquidem omnibus & singulis utriusq; sexus Christifidelibus vere pęnitentibus, & confessis, & contritis, qui processioni, quę singulis annis die dominica infra octauam Corporis Christi, ad hospitale pauperum sub imagine Saluatoris ad Sancta sanctorum de Vrbe celebrari consueuit interessent, & ad manutentionem dicti hospitalis, & subuentionem pauperum, & miserabilium personarum ad illud confluentium, & in eo pro tempore degentium manus porrigerent adiutrices, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem inter alia largiti fuimus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Vt autem animarum in purgatorio existentium salus eo potius procuretur, quo illæ magis aliorum egent suffragiis, & minus sibi proficere queunt, de diuina misericordia, & apostolicæ potestatis plenitudine volumus, & apostolica authoritate decernimus, q; singulæ animæ in purgatorio existentes, quæ per charitatem Christo vnitæ ab hac luce decesserunt, & pro quibus dictæ confraternitatis confratres, aut alii Christifideles pietate moti aliquam eleemosynam iuxta eorum facultatem, ad manutentionem, & substētationem prędictas erogauerint. Plenariam relaxationem pœnarum quibus pro suorum expiatione peccatorum secundum diuinam iustitiam sunt expositæ per modum suffragii consequantur. Non obstantibus omnibus quæ in dictis literis voluimus non obsta-

Bulla sancti Saluatoris.

Plen. Re. Pecca. interes. Proces.

Ple. Re pœnarū pro animabus i Purgat. existen.

re, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-nam nostræ voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo quintodecimo. xv. Kal. Septembris. Pontificatus nostri anno tertio.

LEO EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bulla sub Imagine Saluatoris ad Sancta sanctoru.

Licet ex debito summi pontificatus officii nobis desuper iniuncti circa piorum locorum profectus, nos deceat intentos existere hospitalium, tamen & ad illa confluentium ac in eis degentium pro tempore pauperum & miserabilium personarū omnium commodo & utilitati, tanto nos potioribus studiis insistere conuenit, quanto ipsorum pauperum miserabili conditione pensata, etiam ad Christifidelium animarum salutem id conspicimus in domino salubriter exponere. Cupientes igitur vt hospitale pauperum sub imagine Saluatoris ad Sancta sanctorum de Vrbe, quod inter alia hospitalia Vrbis ob assidua, quæ inibi erga Christi pauperes quocunq; etiā epidimię morbo laborantes, & ad illud pro tempore confugientes pietatis & charitatis opera exercentur celebre admodum & insigne existit, & per duos ex confratribus confraternitatis hospitalis eiusdem, qui Guardiani nuncupatur annuatim annouibiles regi, & gubernari consueuit, vt in sua hospitalitate debite conseruetur & augeatur, & Christifideles eo libentius ad manutentionem hospitalitatis & subuentionem pauperum & miserabilium personarum huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ vberius conspexerint se refectos.

Hospi Saluato. insigne existit.

¶ De omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius authoritate confisi, omnibus & singulis vtriusq; sexus Christifidelibus uere pœnitētibus & cōtritis, qui processioni, quæ singulis annis die dominica infra octauas festi corporis eiusdem domini nostri Iesu Christi in eorum hospitali celebrari consueuit interfuerint, & ad manutentionem & subuentionem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem elargimur. ¶ Et insuper dilectorū filiorum Marciantonii Alterii & magistri Antonii Drago literarum apostolicarum scriptoris dicti hospitalis modernorum Guardianorum supplicationibus inclinati, authoritate apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinauimus, quod tam dicti Marcus & Antonius, ac omnes & singuli alii præsentes, inter quos sicut accepimus quamplures sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinales, & viri nobiles, etiam abbreuiatores, & scriptores literarum earundem existunt, q̄ futuri dictæ confraternitatis vtriusq; sexus confratres. ¶ Aliquem idoneum presbyterum sęcularem, vel cuiusuis ordinis regularem in suum possint eligere confessorem, qui vita eis comite in casibus sedi apostolicæ reseruatis, præterquam offensæ ecclesiasticæ libertatis, criminum hæresis, rebellionis, aut cōspirationis in personam, seu statum Romani Pontificis, seu sedem apostolicam falsitatis literarum, supplicationum, commissionum Apostolicarum, inuasionis, depredationis, vel occupationis, aut deuastatio-

Plena. Remissio elargien. elemo.

Electio cōfesso

nis

nis terrarũ & maris eiusdem Romanæ Ecclesiæ, mediate & immediate subiectarum, offensæ personalis in Episcopum, vel alium prælatum, prohibitionis, deuolutionis causarum ad Romañ. curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium semel duntaxat in vita, in aliis vero quoties fuerit opportunum. Confessione singulorum confratrum eorundem diligenter audita pro commissis, sibi debitam absolutionem impendat, & iniungat pœnitentiã salutarem. Necnon vota quæcunq; vltra marina liminum, Apostolorum Petri & Pauli, & sancti Iacobi in Compostella, & Castitatis, ac Religionis, Votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera cõmutare valeat. ¶ Quodq; idem, vel alius confessor, quem quilibet ipsorum confratrum duxerit eligendum, omnium peccatorum de quibus corde contritus, & quæ ore confessus fuerit, etiam semel in vita, & in mortis articulo, plenariam remissionem, eidem confratri in synceritate fidei, & vnitate dictæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium præsistenti authoritate Apostolica concedere possit. Sic tamen, quod idẽ Confessor de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eã taliter confitenti, per eum (si superuixerit) vel per alios, (si forte transierit) faciendam iniungat, quã illi omnino facere teneantur. Et ne, (quod absit) propter gratiam, vel concessionem huiusmodi, præfati confratres reddantur procliuiores ad illicita in posterum cõmittenda. Volumus, q̃ si a synceritate fidei, vnitate dictæ Romanæ Ecclesiæ, ac obediẽtia, & deuotione nostra, vel successorum canonice intrantium huiusmodi desisterẽt, aut confidentia concessionis, uel remissionis prædictarum, aliqua forsan committerent, concessio, & remissio, ac præsentes literæ quó ad remissionem huiusmodi (duntaxat eis) nullatenus suffragentur, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisq; contrariis quibuscunq;. NVLLI ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ elargitionis, statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Malliani Portueñ. Dioc. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quartodecimo. Sextodecimo Caleñ. Iunii Pontificatus Nostri Anno secundo.

Casus reseruati.

Cõmu. votorũ.

Ple. Remissio.

Nota.

SIXTVS EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bul. Capel. Vir. de Cõsolatione.

VNiuersis & singulis præsentes literas inspecturis Salut. & Apostolicam Benedictionem. Stella maris in supremo cœli solio collocata, gloriosa Dei genitrix Virgo Maria, quæ præordinatione superna, ex Regia Stirpe Dauitica genita humano generi Ianuam salutis aperuit, & lumen æternum immaculata Virgo pro nostra redẽptione effudit, ac tanquam humilitatis exemplar super Choros Angelorum meruit exaltari, eo amplius collocanda, & a cunctis fidelibus veneranda est, quo ipsius præclara meritorum insignia laudum. Quodq; preconia, quibus veluti Sydus præ-

Præclara Virginis Preconia.

rutilans, & amicta Sole resplendet, explicare non sufficimus. & ipsa Angelorum Regina, Misericordiæ mater, fons gratiæ, & pietatis, humani generis consolatrix, Tanquam sedula exoratrix, & peruigil ad Regem, quem genuit, intercedit pro nobis assidue. Dignũ (quin potius debitũ) reputamus, ut ecclesias, & loca pia in honore ipsius superna inspiratione fundata, dignis attollamus honoribus, & remissionum muneribus decoremus. Cupiẽtes igitur vt Capella eiusdem gloriosæ Virginis, almæ Vrbis de Consolatione nuncupata, in qua ipsius beatæ Mariæ deuotissima imago, multis stupendis miraculis, (ut accepimus) meritis & intercessione ipsius Virginis gloriosæ corruscat, & ad eandem Capellam magna confluit multitudo, cõgruis honoribus frequentetur, & in suis structuris, ac ædificiis amplietur, & conseruetur, libris quoq; & aliis ecclesiasticis ornamentis ad diuinum cultum pręcipue opportunis, ipsiq; Fideles eo libentius deuotionis causa confluant ad eandem, & pro reparatione, conseruatione atq; ornamentis huiusmodi manus propitius porrigant adiutrices. Quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratię vberius conspexerint se refectos, De omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, vniuersis vtriusq; sexus fidelibus antedictis, vere pœnitentibus, & confessis, Qui secunda Dominica Mensis Iunii, a primis Vesperis, usq; ad secundas Vesperas Capellam prædictam deuote visitauerint, & ad reparationem, ac conseruationem ornamẽtorum huiusmodi manus porrexerint adiutrices, plenariam omniũ peccatorum suorũ, (si corde contriti, & ore confessi sint,) semel in uita, & semel in mortis articulo remissionem authoritate Apostolica, Tenore præsentium concedimus pariter, & indulgemus valeturis. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Millesimo Quadragesimo Septuagesimo Secũdo Non. Iunii. Pontificatus Nostri Anno primo.

Peculiare virginis Mariæ.

Magna deuono ipsius Capellę de Cõso.

Visitã. Capellã Secũda Dñica. Mensis Iunii. Plen. Remissio

QVAE Supradictæ literæ in quadam lapidea tabula, in dicta Capella existen. sculptæ sunt. Quas fidelissime de verbo ad verbum copiaui, præsentibus ibidem Reuerendis Patribus, ac Dominis Renaldo, & Dominico d'Albe Cremonen. & Marsiquanen. Dioc. respectiue Capellanis eiusdem Ecclesiæ. Testibus ad hoc specialiter vocatis, ac rogatis, Die prima Mensis Nouembris. M. D. X L. Et ego infrascriptus authoritate Apostolica Notarius, qui supradicta scripsi vocatus, & rogatus.

Ad perpetuam rei memoriam.

VNIVERSIS & singulis præsentes literas inspecturis, visuris, lecturis, pariter auditur is. Nos Marcus Marcellus, Lenus Guardianus, Saluus de Salazer sedis Apostolicæ Prothonotarius, & Scriptor Apostolicus, Marius de Amico ciues Romani, Guardiani, & Rectores, ac Gubernatores, & Nicolaus Felarlotis Camerarius deuotissimarum Ecclesiarum beatæ Mariæ in Porticu, & Gratiarum, ac Consolationis de Vrbe earumq; hospitalium vobis notificamus, & informamus. Iustum rationiq; congruũ, ac laudabile esse, oẽs & singulas Indulgentias, pemiñẽtias, indulta, & facultates, per Romanos Ponti. & sedem Apostolicam, deuotissimis miraculis, & gloriosissimis intemeratæ Virginis gloriosæ corruscantibus Ecclesiis beatæ Mariæ in Porticu, gratiarum, & Consolationis interuenientibus cõcessas deberi publicari, & orthodoxis Christifidelibus, vt in eis erga exaltatam super Choros Angelorum Virginem gloriosam, omnium peccatorum refugium, & apud eius filium humani

Notificatio miraculorum Virginis de Cõso.

generis

generis Redemptorem Specialis, & præcipue intercedere, maior proclamor crescat, & proueniat deuotio, miserabilibusq; pauperibus, infirmis, & languentibus, in dictarum Ecclesiarum suarum hospitalibus existentibus piis prouideretur eleemosynis, omnibusq; pro ipsis infirmis, & languentibus in eodem hospitali existentibus, sustentandis prouideatur, maturo arbitrio, consilio confraternitatis, & Societatis dictarum Ecclesiarum, & eius hospitalium, confratrũ decreuimus, oẽs & singulas Indulgẽtias, earumq; qualitates, & deuotissimas causas, quæ concessæ fuerunt, omnibus et singulis utriusq; sexus Christifidelibus insinuare, ac notificare, personasq; speciales pro eorum notificatione, publicatione, insinuatione, receptione et exactione, ac petitione eleemosynarum, ac utriusq; sexus Christifidelibus esse concessas declaramus, insinuamus, et notificamus, ita esse pro diuina disponente clementia. Tempore sanctissimæ memoriæ Ioãnis Papæ primi, qui ut Christi uerus Athleta pro exaltatione fidei Saluatoris Domini nostri Iesu Christi martyrium suscepit Nobilissima ac deuotissima Gala Patritia Romana ipsius immaculatæ cõceptionis Virginis deuotissima, et pręcipue in operibus Charitatis, altissimo eiusq; genetricis facultate, & maxima deuotione singulis diebus duodecim pauperes in honore Iesu Christi eiusq; sanctissimæ matris, suis propriis expensis humiliter reficiente, dictus Redemptor volens amoris uiscera quę erga eius fideles pcipue deuotæ suæ intemeratæ genetricis habet, regularissime pandere, & eius amoris influentia, amor exardescere, & imaginem gloriosam dictæ suæ genitricis per duos Seraphiñ. maxima & incredibili charitate deputari uno Zaffiro cultam in dictæ Galæ domo apparere publice fecit, & uoluit. Quã præ libatus, & dictus Ioãnes primus Papa, & Martyr humilibus precibus & orationibus præcedentibus; disponente diuina clementia suis in manibus suscepit. Populoq; Romano deuote, & processionaliter Clero assistente, maxima cum deuotione ostendit, demonstrauit. Ac in domo ipsius Galæ, quam ad preces eiusdem Galæ Ecclesiam sub inuocatione beatæ Mariæ in Porticu construxit, erexit, ædificauit, & consecrauit honorifice collocauit & posuit. Ac omnibus Christifidelibus suis elemosynis dictã Ecclesiam decima septima Iulii uisitantibus manus porrigentibus adiutrices plenariã omnium suorũ peccatorum Indulgentiam perpetuo duraturam concessit. Ac etiam Pe. Recorda. Alexander Papa Secundus, attendens tantæ miraculosæ apparitionis Imaginis altissimæ Virginis desiderans erga dictam Imaginem deuotionem crescere, confraternitatem in dicta Ecclesia beatæ Mariæ in Porticu erexit, ac fecit. Ac eiusdem confraternitatis confratribus, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam concessit. Gregorius uero Septimus eiusdem Alexandri immediate successor dictæ Virginis deuotissimus, omnes & singulas Indulgentias eidem Ecclesiæ beatæ Mariæ in Porticu, per Ioannem primum, Alexandrum secundum, Romanos Pontifices eius prædecessores eidem Ecclesiæ concessas confirmauit. Celestinus Papa tertius hospitale beatæ Mariæ in Porticu erexit & ibi sedes deputauit. omnibusq; utriusq; sexus Christifidelibus pro pauperibus infirmis, hospitale ipsius Ecclesiæ manu tenendis & elemosynas largientibus centum Annorum Indulgentiarum concessit. Ac etiam Sanctissimus Papa Gregorius magnus unus ex diuina prouidentia, de Quatuor optimis Ecclesiæ Doctoribus, & non solum Ciuitatẽ Romanam, sed fere totam Italiam Maxima esse pestis appressione afflictam, dirutam & quasi depopulatam ad dictam Ecclesiam sanctæ Mariæ in Porticu, una cum populo Romano humiliter ac deuote accedens, Imaginem ante Altare deuotissime, ac

Insinuatio Indul. de Confo.

Gala Patritia Romana Virginis deuotissi.

Miraculosa apparitio.

Ioan. Primus.

Indulgẽ. Plena.

Alexander. ii.

Gregorius. vii.

Celestinus. iii.

Grego. sanctis.

processionaliter a dicta Ecclesia in manibus suis ad Basilicam Sanctorum Petri, & Pauli deportauit, deinde eandem cum processione in loco suo reportauit, & collocauit, statimq; mirabiliter, & altissimi clementia & misericordia, mediantibus gloriosæ Virginis precibus cooperañ. cessauit. Dictusq; sanctus Gregorius tantis, & aliis quam pluribus miraculis Beatæ Virginis Confratribus dictæ Confraternitatis a præsenti liberatis, (prout de præsenti publicum existit) nullũ confratrem eiusdem Confraternitatis uisum fuisse, nec esse pestem pati. Consequenter dictam Confraternitatem confirmauit, & approbauit ipsis confratribus. & manus porrigentibus adiutrices iuxta eorum facultatem porrigentibus, concessit per modum suffragii animæ in purgatorio existeñ. plenariam Indulgentiam, & remissionem omnium peccatorum & liberationem a purgatorii pœnis elemosyna. Ac etiam Paulus Papa secundus omnes & singulas Indulgentias per summos Romanos Pontifices Confratribus ipsis prædictis concessas confirmauit, & approbauit. Ac omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus Ecclesiæ & hospitali in festo Assumptionis Virginis Mariæ & eius Octauis, suas Elemosynas porrigentibus, & Confratribus ipsius hospitalis plenariam omnium peccatorum suorum. Necnon Feli. Rec. Sixtus Papa Quartus, omnibus & singulis utriusq; sexus Christifidelibus Ecclesiæ beatę Marię gratiarum, & Consolationis secunda Dominica Mensis Iunii, ac elemosinas porrigentibus plenariam omnium peccatorum suorum concessit Indulgentiam. Sanctissimus vero Leo Papa concessit Confratribus vtriusq; sexus Christifidelibus, qui ita pro se quam pro tota domus familia confessionale acceperint, & suas elemosynas hospitalibus beatæ Mariæ in Porticu gratiarum, & Consolationis semel tantum dederint aliquam elemosynam, possint eligere Confessorem regularem, vel secularem a quo in conceptione, Natiuitate, Annunciatione, Purificatione, & Assumptione Virginis, & omnibus aliis eius festiuitatibus, & quolibet die Sabbati, & in Mortis articulo possint absolui plenarie de omnibus casibus etiam de his, qui sunt in cœna Domini præseruatis, præter machinationem, occisionem in personam Summi Pontificis, & occisionem Episcoporum, aut aliorum Prælatorum & iniectionem manuũ violentarum in illos, & falsificationem Bullarum Apostolicarum, & delationem armorum, aut aliorum prohibitorum ad partes Infidelium contra ordinationes Apostolicas. De non reseruatis autem, toties quoties opus fuerit, necnon omnia vota possint commutare in alia pietatis opera secundum arbitrium Commissariorum vltra marinis ingressus religionis, & castitatis duntaxat exceptis. De simonia, & ommissione Officiorum possint, & valeant absolui. Necnon mala ablata incerta in hæc pietatis opera commutare, prout eis videbitur. Plures & aliæ quamplurimæ Ecclesiis, & Hospi. prædictis per Rom. Pont. concessæ fuerunt Indul. quas propter illarum antiquitatem, & vetustatẽ difficile est enarrare.

Gregorius doctor sanctus. Dictã Confrater. approbauit.

Libera. animas.

Paulus secũdus.

In festo Assum. Indulgẽ. Plena.

Sixtus quartus.

Leo Papa.

In festiui. Virg. Ma. Ple. Abso.

¶ ITEM ADRIANVS EPISCO. SER. SERVO. DEI.

Bulla Adria. vi.

Dilectis filiis Rectoribus, Guardianis, & Camerariis nuncupatis Hospitalis pauperum Beatæ Mariæ in Porticu, & Consolationis, ac Gratiarum almæ Vrbis salutẽ & Apostolicam beñ. Cum a nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam Vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates vobis, & hospitali pauperum beatæ Mariæ in Porticu Consolationis &

Gratiarum

Gratiarum de Vrbe per prædecessores nostros Romanos Ponti. siue per priuilegia & alias indulgentias, siue indulta concessas, necnon libertates & exemptiones sæcularium exactionum ab eisdem Pontificibus, ac Regibus, Principibus, & aliis Christifidelibus nobis & hospitali prædicto rationibus indultis, sicuti ea omnia iuste & pacifice possidetis vobis, ac hospitali p̄dicto apostolica auctoritate confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginam nostræ confirmationis & communicationis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicę Millesimo quingentesimo vigesimo secūdo. vii. Caleñ Nouēbris, Pontifi. Nostri Anno primo.

Cōfirmatio Indulgen. Cōsola.

NOS Guardiani & Cameratius prædicti desiderātes, intentisq; mentibus affectantes indulgentias prædictas vtriusq; sexus Christifidelibus esse notas, cognitas, & manifestas, vt eo libētius ad elargitionem elemosynarum pro reparatione dictarum ecclesiarum beatæ Mariæ virginis in Porticu Gratiarum Cōsolationis, ac manutentione eorū hospitaliū alimentatione pauperū in eis existentium, promptiores fiāt, & pliuiores, & necessitatibus ecclesiarum, & hospitaliū huiusmodi misericorditer prouideant, confidentes de probitate & legalitate prouidorum, & dictorum laicorum Benedicti Petri & Pauli sancti iusti, quorū vita laudabilis, bonitas, experientia, ac fides nobis cōprobata extitit, sponte ex certa nostra scientia in omnibus melioribus modo & forma, quibus melius, & efficatius possumus, & debemus, reuocātes, cassantes, annullantes quoscunq; alios Comissarios, Procuratores, Questores. Quo adhuc hactenus per nos, seu prædecessores nostros, hactenus constitutos, & factos, seu deputatos supradictos benedictum Petri & Pauli sancti iusti præsentes, & omnes acceptantes, ac eorum quilibet in nomine ecclesiarum & hospitalium prædictorum Vicarios, Commissarios, Questores, & Exceptores speciales instituimus deputamus, & ordinamus cum potestate & authoritate instituendi vnum, vel plures loco eorum, & cum simili & limitata potestate, prout necessitas exigerit & necessarium fuerit, ac nomine ecclesiarū, & hospitalium quibus supra per omnes Ciuitates ipsorum Dioce. Oppida, castella, villas, terras, Abbatias, Monasteria, Conueñ. in vniuersum orbem terrarum ad indulgentias huiusmodi publicandas, & elemosynas & quęcunq; alia charitatiua subsidia, & vota quæcunq; ecclesiis, & hospitalibus prædictis & de omnibus aliis debita, & promissa petendi, exigendi, consequendi, percipiendi, &c. Ac de receptis quietandi & liberandi, ac Quitantias faciendi dandi, & concedendi omnes & singulos vtriusque sexus Christifideles, & confratres ipsius confraternitatis & manus porrigentes adiutrices admittendi, & quoscunque falsos contractos etiam per nos permutantes, & reuocantes Commissarios, seu procuratores capiendi, & capienda detineri, faciendi eosq; intimandi, ac inibendi ne se deinceps in huiusmodi negocium intromittant, ac ipsos si secus faciant puniri & mutari, faciendi, recipiendi volentes, & iure dicentes præsens mandatum vsque ad vltimum diem Mensis Maii, Anni Millesimi quingentesimi vigesimi quarti, duntaxat duraturis. Quo lapso facultatem eisdem eisque suis substitutis, & eorum cuilibet per vos præsentantium, vigore concessimus, eo ipso cassamus, irritamus, adnihilamus dantes eisque suis substitutis, & eorum cuilibet dicto tempore durante, plenam & debi-

Intētio Guardi.

Reuocatio Procuratorum.

Noua Institutio

Plenaria Potestas Procurato.

tam apostolicam, et eamq; ad præmissa nos huiusmôi potestatem authoritatem quam haberemus si præsentes fuissemus, ad omnia & singula faciendi & exercendi quæ nos faceremus & exerceremus. Permittentes omnia & singula per eos & eorum alium suosq; substitutos facienda & gerenda & exercenda præsen. futuris temporibus rata & grata habere. & q; nullo unquam tempore per nos aut successores nostros ecclesiarum & hospitalium tempore, Guardianos, Gubernatores & Factores, ac Camerarios, super hoc conuenientes seu aliquid in contrarium fiet. & humiliter rogamus & supplicamus uniuersos et singulos Reuerendissimos & Reuerendos Archiepiscopos, Episcopos & Abbates, eorum uices Capellanos tam metropolitanos quam cathedralium & collegiarum ecclesiarum, Priores et Guardianos quorumcunq; ordinis monasteriorum. Illustrissimos dominos Duces Marchiones Comites Varones & dominos temporales quoscunque Ciuitatum Oppidorum terrarum locorum castrorum omnium, Iudices Potestates Castellanos Gubernatores & officiales quibus præsentes nostræ literæ fuerint demonstratæ, ut pro altissimi omnipotentis Dei charitate, tantæq; uirginis immaculatæ deuotione seruitio & reuerentia, ut supradictos nostros Questores publicatores supradictarum bullarum indulgentiarum & eleemosinarum exactores, & eorum substitutos constitutos per publicum instrumentum & præsentium infrascriptum, suos substitutos benigne fauorabiliterq; recipiant, & in publicationem exactionem prædictarum, auxilium defensionem sibi exhibeāt & honorem. Quæ oīa facienda ab illa altissima uirgine peccatorū clipeo (cuius honor & seruitium & amor faciunt recommendationem suarumq; tribulationum, et oppressionum leuamen) consolatium indubitanter accipient. Volentes etiam & declarantes, q; supradicti & eorum instituti & quilibet ipsorum circa duos menses a prima Iunii die. M.D.XXIIII. computādos, præsentes nostras literas cum omnibus & singulos instrumentis originalibus et institutionibus et commissionibus per eos aut eorum alterum præsentium uigore quibusuis personis factis nobis uel successoribus nostris sub falsitatibus et periuriis et pœnis ecclesiæ beatæ Mariæ Consolationis in Camera congregatione Guardianorum Camerarii et aliorum officialium dictarum ecclesiarum et hospitalium omni modo præsentare teneantur et sint obligati, et omnia similia sub pœnis prædictis se obligauerunt. In quorum fidem præsentes literas fieri et Notarium et Secretarium ecclesiarum et hospitalium prædictorum infrascriptum scribi et publicari mādauimus. Sigillumq; ecclesiarū et hospitalium prædictorum, quo in talibus utimur, iussimus et fecimus appendere communiri. Datum Romæ in ecclesia sanctæ Mariæ consolationis in Camera congregationis officialium prædictorum sub Anno a Natiuitate domini Millesimo quingentesimo uigesimo secundo. Inditione. XI. Die uero. XX. Mensis Octobris. Pontifi. Sanctissimi in christo Patris, Domini Nostri dñi Adriani diuina prouidentia Papæ Sexti Anno Primo. EGO Pacificus Nardo de Pacificis Ciuis Rom. de regione Campitelli dei gratia publicus imperiali auctoritate notarius in præsentiarum Secretarius parte uenerabilis Societatis ecclesiarum sanctæ Mariæ de Gratia in Porticu et Consolationis de Vrbe quia parte cōstitutionibus et omnibus et singulis supradictis interfui, et præsens fui, atq; datis rogatus una cum supradictis testibus fui rogatus, easq; scribere et publicare impeditus circa alia scribere non ualui, sed per alium mihi fidum scribi feci. et in fide præmissorum omnium propria manu subscripsi et publicaui, signumq; meum ad perpetuam rei memoriam apposui.

Ratificatio.

Supplicatio.

Recōmendatio. Questorum eleemosynarum.

Pacificus nardo.

Præsens

Præsens transumptum abstuli a quodam transumpto autentico de ver bo ad verbum fidelissime copiaui & exaraui & exaratum auscultaui. & vbi manet spatium erant aliquæ literæ quæ legi nõ poterant eoq; mures pargamenum roderant.

Transumptum bullæ facultatum, præuilegiorum & indulgentiarum, confratribus & sororibus Cappellæ beatæ Mariæ virginis Campisancti de vrbe per fe. re. Leonem Papam. x. concessarum.

LEO EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bulla Capellæ Campisancti a Leo. X. cõcessa.

Illius, qui pro dñici saluatione gregis in ara crucis in pretiũ immolari non erubuit, quiq; inter alia sibi beneplacita opera charitatis exerceri præcepit, vices licet immeriti gerentes in terris, curis vrgemur assiduis, & continua meditatione pulsamur circa quæcunq; pia opera & pia Christifidelium deuotione ordinata, vt perpetuis futuris tẽporibus persistant, omni studio intẽdere. & vt ad præmissa Christifidelium vota facilius concurrant, fideles ipsos quibusdam spiritualibus & electiuis muneribus libenter prosequimur, & eorum pia suffragia donis cęlestibus confouemus, vt exinde reddantur diuinæ gratiæ aptiores & charitatis deuotio indies per amplius in eis augeatur. Sane pro parte dictorũ filiorum magistrorum Ioãnis Copis Correctoris & Abbreuiatoris, & Guillelmi de Enchenuoirt, Iacobi Questẽberg, & Christophori Vuelser, Ioãnis Ingenkükel, Ioãnis de Bera, et Gualteri et Copis scriptorum literarum aplicarum, ac vniuersorum aliorum confratrum confraternitatis in Capella beatæ Mariæ virginis Cãpisancti de Vrbe institutę petitio continebat, q; a quadraginta vel qnquaginta annis citra nõnulli laici christifideles piæ ducti cõfraternitatem prædictam instituerunt, & ordinauerunt. ac pro illius cõseruatione & dilectione nonnulla statuta & ordinationes laudabilia & honesta, ac sacris Canonibus non contraria ediderunt. necnon institutionem confraternitatis ac statuta & ordinationes huiusmodi apostolica aũcte approbari & confirmari, dictamq; Capellã certis indulgentiis, specialibus gratiis, & peccatorum remissionibus, decorari obtinuerint. & ex tunc cõfratres dictæ confraternitatis, qui pro tempore fuerunt confraternitatem ipsam laudabiliter ac pacifice & quiete, ita vt Capella ipsa & illius structuræ ac in eadem Capella diuinus cultus & confraternitas huiusmodi non modicum susceperint incrementum, rexerunt & gubernarunt. ac presbyteros & capellanos in dicta capella pro missarum & aliorum diuinorum officiorum celebratione ad eorum nutum amouibiles absq; alicuius superioris licentia hactenus deputarũt, nec ab aliquo super regimine confraternitatis ac deputatione presbyterorum & capellanorum huiusmodi molestati fuerunt, cupiuntq; summopere ipsi confratres pro diuini cultus augmento & animarum salute, capellam & confraternitatẽ huiusmodi laudabiliter (prout hactenus fecerũt) regere & gubernare. Quare pro parte Ioãnis Correctoris qui etiam in expeditione earundem literarum dilecto filio nostro Sixto tit. sancti Petri ad vincula presbytero Cardinali sanctæ Romanæ ecclesiæ vice cancellario assistit, necnon

Petitio deuota probor; virorũ

Sanctæ institut. confraternitatis

Augmentati e cultus diuini.

Ioan. corrector

Vuilhelmi Iacobi, Christophori Ioānis Ingenuuinkel, Ioannis de Bera, Gualteri, ac
Supplic. Cōfra. aliorum confratrum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt institutioni confraternitatis, ac statutis & ordinationibus huiusmodi dictis, necnon omnibus & singulis gratiis, indulgentiis, indultis & literis apostolicis, Capellæ & confraternitati præfatis, ac ipsius capellæ, hospitali concessis pro illorum subsistentia firmiori robur apostolicæ confirmationis adiicere, aliasq; in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui pia charitatis opera libenter
Pont. Pietas. procuramus, Ioannem Correctorem, & scriptores ac alios confratres prædictos, & eorum singulos a quibusuis excōmunicationis, suspensionis, interdicti, aliisq; ecclesiasticis sententiis, censuris & penis a iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, institutionē, statuta & ordinationes, necnō quęcunq; indulta gratias, indulgentias, & literas apostolicas capellæ hospitali & confraternitati huiusmodi per prædecessores nostros successiue concessa necnon translationes, conuentiones & transumptiones ac omnia & singula in dictis literis cōtenta & ea cōcernentia auctoritate apostolica tenore præsentiū approbamus innouamus, & cōfirmamus. Illaq;
Cōfirma. Indul. omnia & singula perpetuo & inuiolabiliter obseruari debere decernimus, supplentes omnes & singulos defectus si qui forsan interuenerint in eisdem. & insuper auctoritate & tenore prędictis statuimus & ordinamus q; omnes & singuli vtriusq; sexus confratres præsentes & futuri ac Capellani & seruitores Capellæ & hospitalis huiusmodi pro tempore deputati & eorum singuli aliquē presbyterum sæcularē vel cuiusuis
Elect. Cōfesso. ordinis regularem in eorum possint, & quilibet eorum possit eligere confessorē qui vita eis comite eos & singulos eorum ab omnibus & singulis peccatis suis, criminibus, excessibus & delictis quantūcunq; grauibus & enormibus in casibus apostolicæ sedi reseruatis, preterq̄ offensę ecclesiasticæ, libertatis, criminum hæresis, & rebel
Casus reseruati. lionis aut conspirationis in personam, vel statum Rom. Ponti. seu sedem eandem falsificatis literarum apostolicarum, supplicationum & commissionū, inuasionis, depredationis, occupationis, aut deuastationis terrarum, & maris Romanæ ecclesiæ huiusmodi mediate vel immediate subiectorum offensæ personalis in Episcopum vel aliū prelatum, prohibitionis deuolutionis causarum ad Romanam curiā delationis armorū & aliorum prohibitorū ad partes infidelium semel duntaxat in vita. In aliis vero quoties fuerit opportunum confessionibus eorum diligēter auditis absoluere. & pro cōmissis eis debitam absolutionem impēdat & iniungat pœnitentiam salutarem. necnō
Cōmu. votorū. vota quæcunq; vltra marino liminū apostolorum Petri & Pauli, ac sancti Iacobi in Compostella. necnō castitatis et religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, & iuramenta quæcunq; relaxare. necnon omnium peccatorum suorum de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, etiam semel in vita & in mortis articulo plenariam remissionē eis, in sinceritate fidei, vnitate dictæ Rom. ecclesię ac obedientia et deuotione nostra, et successorum nostrorum Rom. Pont. Canonice intrantium persistentibus authoritate præfata concedere possit. sictamen q; idem confessor de hiis de quibus fuerit alteri satisfatio impendenda, eis per eos si super vixerint, vel per alios si forte tunc transierint faciendam iniungant, quam ipsi vel illi facere teneātur. liceatq; eisdem cōfratribus, qui prælati aut præsbyteri fuerint, ac etiam
Priuileg. Cōfra. capellanis præfatis & eorum singulis habere altare portatile cum debitis reuerentia

et honore

& honore super quo in locis ad hoc congruentibus & honestis, sine iuris alieni praeiudicio etiã anteq̃ illucescat dies circa tamen.) q̃ id eis aut sacerdotibus taliter celebrantibus ad culpam nequeat imputari. & si ad loca ecclesiastico interdicto ordinaria authoritate supposita eos declinare contigerit, in illis clausis ianuis non pulsatis Cãpanis, & submissa voce excõmunicatis, & interdictis prorsus exclusis, in sua & familiarũ suorũ domesticorum presentia (dũmodo ipsi vel illi causam non dederint interdicto, nec id eis aut illis contigerit specialiter interdici) possint per se ipsos aut per proprium vel alium sacerdotem idoneum, missas & alia diuina officia celebrare seu celebrari facere. Quodq; Capellani confraternitatis huiusmodi pro tẽpore existẽtes omnium & singulorum vtriusq; sexus confratrum dictae confraternitatis, & aliorum etiam infirmorum, & peregrinorum in Capella, & hospitali Campisancti huiusmodi (quoties expediens fuerit) cõfessiones diligenter audire, ac eis & eorũ singulis pro cõmissis poenitentiam salutarem iniungere. Necnõ vota quaecunq; (supradictis quatuor duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare, & iuramenta relaxare. Eisq; & eorum singulis Eucharistiã, & alia sacramẽta ecclesiastica ministrare, & illa ad domum habitationum suarũ cum debita reuerentia deferri. & quorũcunq; peregrinorum & aliarum personarũ in quibusuis parrochiis & aliis locis dictae Vrbis pro tempore decedentium, & eorum Sepulturas in Capella dicta; seu illius Cimiterio eligentium corpora a domibus, & locis in quibus decesserint absq; alicuius Rectoris parrochialium Ecclesiarum licentia extrahi, & in capella seu Cimiterio huiusmodi sepelliri facere libere & licite valeant, & insuper. Quod oẽs & singuli vtriusque sexus Christifideles in dicto hospitali pro tempore decedentes, ac omnes & singulae personae siue fuerint confratres, siue alii vere poenitentes, & confessi, qui Capellam ipsam in festi Conceptionis beatae Mariae virginis, & cõmemorationis defunctorum diebus, a primis Vesperis, vsq; ad occasum Solis dierum eorundẽ inclusiue, quoties id fecerint plenariam oium peccatorum de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, indulgentiam, & remissionem. Necnõ qui singulis annĩ diebus eandẽ Capellam visitauerint, & pro manutentione hospitalis, ac pauperum, & miserabilium personarum inibi pro tempore degentium subuentione manus adiutrices porrexerint, ac pro salute animarum, quorum corpora in eisdẽ Capella & Cimiterio sepulta fuerint preces altissimo effuderint, videlicet singulis festiuis ducẽtos, & non festiuis diebus centum annos, & totidem quadragenas, de iniunctis eis poenitentiis, misericorditer in domino consequantur. Quodq; omnes & singulae personae, etiam exemptae, cuiuscunq; status, ordinis, conditionis, vel praeeminẽtiae fuerint, bona, & res hospitalis, & Confraternitatis praedictorum seu occupãtes, eo ipso excõmunicationis sententiam incurrant, non obstãtibus praemissis, ac quibusuis apostolicis, necnon in prouincialibus & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, caeterisq; Cõtrariis quibuscunq;. Volumus autẽ ne (q̃ absit) confratres praesentes & futuri, ac Capellani, & seruitores pro tẽpore deputati propter huiusmodi gratiã vel concessionẽ eligẽdi confessorẽ, reddãtur, procliuiores ad illicita imposterum cõmittenda, q̃ si a syncaeritate fidei vnitate dictae Romanae ecclesiae, ac obedientia, & deuotione nostra, vel successorum nostrorũ Canonice intrantium destiterint, aut ex confidentia concessionis vel remissionis praedictarum aliqua forsan cõmiserint, concessio & remissio praedicta, ac quo ad illas praesentes literae eis nullatenus suffragentur. Quodq; indulto celebrãdi seu celebrari faciendi ante diem parte

Facultas tẽpore interdicti.

Potestas Capel. Campisancti.

Priuilegia mortuorum in Hospi. Campisancti.

De Indulgentiis quae cõceduntur visitanti. Hospi.

Cõtra Occupa.

Congruitas temporis in celebratio. Missarum.

vtātur, quia cum in altaris ministerio immoletur dominus noster Iesus Christus Dei filius, qui Candor est lucis æternæ, cōgruit hoc non noctis tenebris fieri, sed in luce. Cęterū quia difficile foret præsentes literas ad singula quæq; (in quibus de eis fides forsan facienda foret) loca deferre, etiā volumus & dicta authoritate Apostolica decernimus, q; earum transumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati ecclesiastici munitis, in iudicio & alibi vbi opus fuerit, eadē prorsus fides adhibeatur quæ adhiberetur eisdē pñtibus si forēt exhibitę vel ostensę. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginā nr̄æ absolutionis, approbationis, innouationis confirmationis, decreti, suppletionis, statuti, ordinationis, voluntatis, & cōstitutionis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Siquis autē hoc attemptare præsumpserit, Indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimo tertio, Vndecimo Calen̄. Nouembris, Pontificatus Nostri Anno primo.

Publica. Bullæ.

Data.

Ia. Sadoletus. F. Bernardus.

Testes.

Auscultum fuit de verbo ad verbum præsens transumptum cum originali concordat. Die. IIII. Mensis Nouembris. M. D. XXXX. Præsentibus dominis, ac patribus, Anrihcho Chanrez. & Petro de Pulna Bamberen̄. & Colonien̄. Dioc. respectiue Capellanis in dicta Ecclesia beatæ Mariæ in Camposancto testibus ad præmissa Vocatis atq; Rogatis.

Gratiæ & Indulgentiæ Confratribus Imaginis Saluatoris ad Sancta Sanctorum concessæ.

ALEXANDER EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bul. Alexan. Hospit. S. Saluato.

SOlet sedis Apostolicæ prouidentia circumspecta, recurrentibus ad eam cum humilitate personarum præsertim Roman. Ciuium, & aliorum in Vrbe piis operibus vacantium statui libenter consulere, eorum quoque per quæ tranquillis possint mentibus quiescere, vota fauorabiliter exaudire. Sane pro parte dictorum filiorū vniuersorum cōfratrum Societatis sub inuocatione Imaginis Saluatoris ad Sancta sanctorum in Ecclesia Lateranen̄. institutę, Nobis nuper exhibita petitio cōtinebat, q; licet olim tunc dictæ Societatis Confratres per eorum constitutiones & statuta ordinauerint, q; quilibet ex dicta societate, videlicet Sęcularis, uiginti quinq; orationes dominicas, & totidem Angelicas salutationes singulis diebus dicere, Sacerdotes uero pro defunctorum cōfratrum animabus singulis Annis tres missas celebrare, Clerici autem non Præsbyteri, Matutinas, Vesperas & Vigilias, Ter per se ipsos dicere, ac unam Missam per alium celebrari facere, aut unam Elemosynam ad minus dare. & Centum Dominicas Orationes pro Animabus defunctorum huiusmodi dicere, ac nonnulla alia facere tenerentur, prout in illis dicitur plenius contineri. & quilibet ex Confratribus prædictis in eius receptione ordinationes,

Petitio.

Ordinat. Cōstu.

ac constitutiones,

ac constitutiones, & statuta huiusmodi seruare medio iuramento communiter promiserit. Tamē quasi nullus ex cōfratribus dictę societatis, (ut creditur) statuta & ordinationes huiusmodi quo ad ad pręmissa ad pręsens seruat. Essetq;, statuta & ordinationes huiusmodi, propter dictæ societatis personarum incrementum satis difficile seruare, & illa quo ad pręmissa adimplere. Et propterea Confratres ipsi, qui statuta & ordinationes huiusmodi propter non vsum abrogata & sublata esse credant, eos & eorum quemlibet a reatu periurii huiusmodi absolui & statui, quod de cętero confratres ipsi, qui die qua Eucharistię sacramentum processionaliter in dicta Ecclesia defertur & per eosdem Confratres deuote sociatur pro modo facultatum suarum iuxta eorum conscientias pro subuetione pauperum infirmorum hospitalis dictæ societatis per eosdem confratres gubernari soliti manus porrexerint adiutrices, statuta & ordinationes huiusmodi & in eis contenta seruare, & illa adimplere minime teneri summopere desiderant. Quare pro parte confratrum pręndictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut eos a reatu periurii huiusmodi absoluere, omnemq; inhabilitatis & infamię maculam siue notam præmissorum occasione contractam abolere, ipsosq; (dum manus huiusmodi porrexerint adiutrices) ad seruādū statuta & ordinationes, huiusmodi non teneri, statuere & alias in pręmissis opportune prouidere de benignitate Aposto. dignaremur. NOS igitur attendentes, q; sedis pręndictę clementia cō sueuit petentibus veniam non denegare, ipsosq; Confratres & eorum quēlibet a quibuscunq; excommunicationis suspēsionis, & interdicti aliisq; ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, a iure, uel ab homine quauis occasione uel causa latis, siqbus quomodolibet innodati existunt, ad effectum pręsentium duntaxat consequendum harū serię absoluentes & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, eosdem confratres & eorū quemlibet a reatu periurii huiusmodi authoritate Apostolica tenore pręsentiū absoluimus, omnemq; inhabilitatis, & infamię maculā siue notam per eos pręmissorum occasione cōtractam abolemus. Necnon omnes & singulos confratres dictę societatis pro tempore existentes, qui pro dictorum pauperum subuentione die processionis huiusmodi manus porrexerint adiutrices, (vt præfertur) ad seruādum statuta, & ordinationes huiusmodi, ac alia in eis cōtenta, dūmodo nō sint maiora expressis non teneri. & propter illorum, & in eis contentorū non obseruatio nē periurii reatū minime incurrere, nec eos peccare authoritate & tenore pmissis, statuimus, & etiā ordinamus. Non obstātibus cōstitutionibus apostolicis, ac statutis & consuetudinibus dictę societatis iuramento confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis cęterisq; contrariis quibuscūq;. Volumus autem, q; pręfati confratres pœnitentiā per cōfessorem, quem quilibet eorum ad id duxerit eligendū, eis propterea iniungendā omnino adimplere teneātur. Alioquin absolutio & pręsentes literę quo ad absolutionē huiusmodi nullius sint roboris uel momēti. NVLLI ergo omnino hominū liceat hanc paginam nrę absolutionis, abolutionis, statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, uel ei ausu temerario cōtraire. Siquis autē hoc attēptare pręsumpserit, Indignationē omnipotētis Dei, ac beatorū Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurum. Dat. Romę apud sanctū Petrum, Anno Incar. Dñicę. Millesimo quadringētesimo nonagesimo nono, Decimo nono Calen. Ianuar. Pontifi. Nri Anno Octauo. Scriptor. P. Tuba.

Difficul. Obser. Statuto. Hospi.

Supplic. Cōfrat

Clementia sedis Apostolicæ.

Absolu. Cōfra.

Obliga. Cōfra.

Petrus Tuba.

Trāsumptū de verbo ad uerbū ex ppria, ac originali, Die. VI. Noueb. M. D. XL.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bul. Cle. Hosp. Sub Ima. Salua. ad Scta scto rum concessa.

ILlius, qui perfecta charitas est, & a quo omnium charismatum dona procedunt, vices (licet immeriti) gerētes in terris, Hospitalia & alia pia loca singula, in quibus Charitatis opera exercentur, specialibus muneribus libenter confouemus. Sed Hospitale pauperum Societatis imaginis Saluatoris ad Sancta sanctorum de Vrbe eo specialibus cœlestis Thesauri nostræ dispensationi commissi muneribus decoramus, quo in ipso hospitali ante oculos nostros constituto, maiora ac frequentiora Charitatis beneficia pauperrimis continue cernimus exhiberi. Dudum siquidem, postquam Fœli. Recor. ALEXANDER Sextus attendens, quod in dicto Hospitali pauperes, peregrini, infirmi, languidi, & Epidimię Morbo laborantes, aliæq; miserabiles personæ absque delectu conditionis personarum ad illud confluentium, in numero copioso recipiantur, ita vt aliquando quadrigenti infirmi, & aliæ personæ miserabiles diuersis languoribus laborantes nutrirentur, præfato hospitali pro oneribus illi hospitali incumbentibus facilins perferendis vnum ex officiis Secretariatus Apostolici certo tunc expresso modo vacans cum illius emolumentis in vtilitatem hospitalis, & subuentionem pauperum, & miserabilium personarum prædictorum conuertendis per quasdam perpetuo concesserat, applicauerat, & assignauerat. Ac eidem Hospitali, quod omnibus, & singulis Priuilegiis, gratiis, concessionibus, indultis Secretariis Apostolicis in genere concessis, & concedendis imposterum vti potiri, & gaudere valere indulserat. Et deinde piæ memoriæ Leo Decimus Romanus Pontifex prædecessor noster Omnibus, & singulis Christifidelibus vtriusque sexus vere pœnitentibus, & contritis, qui processioni singulis Annis Die dominica infra Octauas festi Domini nostri Iesu Christi occurrenti apud ipsum Hospitale celebrari solitę interessent, & ad manutentionem Hospitalis, & subuentionem pauperum prædictorum manus porrigerent adiutrices, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem per alias elargitus fuerat. Ac quod quilibet dictæ Confraternitatis Confrater vtriusqųe sexus aliquem Presbyterum sæcularem, vel cuiusuis ordinis regularem in suum posset eligere Confessorem qui vita sibi comite in casibus sedi Apostolicæ reseruatis, præterquam offensæ Ecclesiasticæ libertatis, criminum hæresis, rebellionis, aut conspirationis in personam seu statum Romañ. Ponti. aut sedem prædictam, falsitatis literarum, supplicationum, commissionum Apostolicarum, inuasionis, depredationis, uel occupationis, seu deuastationis terrarum et maris Romanæ Ecclesiæ, mediate vel immediate subiectorum, offensæ personalis in Episcopum, uel alium Prælatum, prohibitionis deuolutionis causarum ad Romanam Curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes Infidelium, semel duntaxat in uita. In aliis uero quoties opportunum foret, Confessione eius diligenter audita pro commissis sibi debitam absolutionem impenderet, & pœnitentiam salutarem iniungeret.

Alexāder sextus.

Applicatio Officii Secretaria. præfato Hospi.

Leo decimus. Proces. Hospi. interes. Indulgē. Plen. concessit.

De eligē. Cōfes.

Casus qui de cęna Dñi nūcupā.

Necnon

Necnon vota quæcunq; vltra marino liminum Apostolorum Petri et Pauli, ac sancti Iacobi in Compostella, et Castitatis, ac Religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare. Necnon eidem cōfratri omnium peccatorum suorum, de quibus corde contritus, & ore confessus foret, etiam semel in vita & in mortis articu lo plenariam remissionem authoritate Apostolica cōcedere posset, statuerat & ordi nauerat. Ac q; singulæ animæ in purgatorio existentes, quæ per charitatem Christo vnitæ ab hac luce decesserant, & pro quibus dictę Confraternitatis Confratres, aut alii Christifideles pietate moti aliquam elemosynam, iuxta eorum facultates ad ma nutentionē & substentationes prædictas erogarent, plenariam relaxationem pœna narum quibus pro suorum expiatione peccatorum secundum diuinam iustitiam erat expositæ per modum suffragii consequerentur decreuerat. Idem Leo prædecessor Priuilegia, immunitates, exemptiones, fauores indulta, & gratias, spiritualia & tēpo ralia in genere & in specie, prædicto necnon Sanctispiritus in Saxia de dicta Vrbe hospitalibus, eorumq; confraternitatum cōfratribus infirmis, ministris, seruitoribus familiaribus, rebus & bonis, Apostolica prædicta aut quauis alia authoritate cōces sa & concedenda pro tempore, non solum ad instar, sed æque principaliter absq; vlla pœnitus differentia hospitali sancti Iacobi in Augusta de eadem Vrbe Archihospi tali incurabilium nuncupato, ac societati charitatis nuncupatæ in ipsa Vrbe Canoni ce institutæ per alias suas literas cōmunicauit, prout in singulis literis prædictis ple nius continetur. Nos igitur necessitatibus ipsius hospitalis Saluatoris, & pauperum ad illud confluentium consulere, & hospitale ipsum Saluatoris (vt piū & meritoriū existat,) more dictorū prædecessorū specialibus fauoribus & gratiis prosequi, ac communicationem huiusmodi reciprocam esse volentes, dilectorum filiorum Anto nii Gabrielis vtriusq; iuris Doctoris, & Raimundi de Capite ferreo patritiorū Ro mañ. dicti hospitalis Saluatoris modernorum Guardianorum in hac parte supplica tionibus inclinati, apostolica authoritate prædicta tenore præsentium perpetuo sta tuimus & ordinamus, q; hospitale Saluatoris prædictum, ac illius cōfraternitatis hu iusmodi cōfratres vtriusq; sexus, ac eorum Guardiani nunc, & pro tēpore existētes, necnon res & bona quęcunq; præsentia futura dicti hospitalis, omnibus & singulis priuilegiis, immunitatibus, fauoribus, Indulgētiis prerogatiuis, gratiis & indultis, quibus Sanctispiritus & sancti Iacobi in Augusta hospitalia, & societatis Charita tis huiusmodi, illorumq; confraternitatū vtriusq; sexus Confratres, necnon eorun dem Sanctispiritus & Sancti Iacobi in Augusta hospitalium, & societatis Charita tis & confraternitatū præceptores, Guardiani, & officiales quicunq; quomodolibet vtuntur, potiuntur & gaudent, ac vti potiri & gaudere poterunt infuturum, non so lum ad instar, sed ęque principaliter absq; ulla pœnitus differentia vti, potiri, & gau dere libere & licite valeant. Ac quod omnes & singulæ gratiæ, & literæ Apostolicæ quæ in fauorem Sanctispiritus, & sancti Iacobi in Augusta hospitalium, & societa tis, & confraternitatum ac præceptorum Guardianorum, Officialium, & Confratrū huiusmodi quomodolibet a Leone prædicto & quibusuis aliis Romañ. Pōtificibus prædecessoribus nostris, & a Nobis. ac dicta sede hactenus emanarunt, & in futurū emanabūt, quantūcunq; speciali sint nota, digne eidē hospitali Saluato. ac illius con fraternitati Guardianis, & Cōfratribus pro tpe existētibus perpetuo concessa sint & esse cēseantur. Ac hospitale Saluatoris, & illius confraternitas, Guardiani, & Con fratres prædicti, illis omnibus & singulis perpetuo vti potiri & gaudere, & absq; alia

Remissio Plen.

Plenar. Relaxa. Animarum.

Leo Pontifex.

Hospi. sub Imagine Salua. eisdē Priuile. gaudent q̄ alia Hospitalia Vrbis.

Priuile. Cōfra. Saluatoris.

signatura quæcunq; literæ Apostolicæ continentes omnia & singula in quibuscunq; literis Apostolicis nostris, & eorundem Roman. Pontificum & sedis prædictæ in fauorem Sancti spiritus & sancti Iacobi in Augusta hospitalium, ac societatis Charitatis. Necnon illorum præceptorum, Guardianorum, Officialium, Confratrum, & confraternitatum huiusmodi confectis quomolibet contenta, & illis omnino similia tam per Cancellariam, quam Cameram Apostolicam, & vbiq; simul, vel separatim expediri possint, & debeāt decern. huiusmodi gratias, facultates, & literas quascunq; eidem hospitali Saluatoris, & illius guardianis & cōfraternitati, & aliis prædictis communicatas esse in omnibus, & per omnia perinde ac si illud, & illi in quibuscunque literis apostolicis pro Sanctispiritus, & sancti Iacobi in Augusta hospitalibus ac societate charitatis prædictis, quomodolibet emanatis ad effectum communicationis huiusmodi descriptum & annotatum, ac descripti & annotati fuissent, & sic per quoscunq; iudices & personas sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicādi, & interpretandi facultate & authoritate iudicari & diffiniri debere. Irritū quoq; & inane quicquid secus super hiis a quoq̄ quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, & aliis in dignitate ecclesiastica cōstitutis personis. Necnon quarumcunq; metropolitañ. & aliarum cathedralium ecclesiarum Canonicis, ac eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum officialibus seu Vicariis in spiritualibus generalibus vbilibet constitutis per apostolica scripta mādamus, quatenus eorum singuli præsentes literas, & in eis contenta, quęcunq; vbi & quando opus fuerit, ac quoties, pro parte pro tēpore existentiū dicti hospitalis Saluatoris Guardianorum, vel ab eis deputatis, vel alicuius eorū desuper fuerint requisiti solenniter publicantes, ac in pręmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant authoritate nostra, literas & in eis cōtenta huiusmodi, firmiter obseruari, ac singulos, (quos literę ipsæ concernūt) illis pacifice gaudere, nec permittant eos desuper contra pręsentium tenorem quomodolibet molestari, impediri, aut inquietari. Cōtradictores quoslibet & rebelles p censuras, & pœnas ecclesiasticas appellatione postposita cōpescendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis, nō obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus apostolicis cōtrariis quibuscunq;. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præsentes literas, ad singula loca (in quibus forsan illis opus esset deferre) Volumus, & Apostolica authoritate prædicta decernimus, q̄ earundem pręsentium trāsumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ ecclesiasticæ, seu personæ indignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur vbiq;, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. NVLLI ergo omnino hominum liceat hāc paginam nostri statuti, mandati, uoluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarna. Dñicæ M.D.XXVIII. Tertio Idus Decēb. Pontifi. Nři Anno Sexto. Scriptor. B. de Rubeis.

Ausculta de verbo ad verbū cū origin. cōcordat Die. VII. Mēsis Nouēb. M.D.XL.

Confra. Salua. gaudent Priuilegiis aliorum hosp.

De fauoribus præstan. Guardianis. &c. Hospi. Saluatoris.

De fide adhibenda transumptis hospi. Saluato.

Priuilegia

Priuilegia Ecclesiæ Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Cosmi & Damiani Nationis Florentinæ.

LEO EPISCOPVS.

SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

INtenta iugiter salutis operibus Apostoli. sedis copiose benignitas, pro singulorum optanda deuotione fidelium, pia ac salubria ipsorū fidelium documēta, (ex quibus diuini cultus speratur augmentū salusq; prouenit animarū) benigno fauore prosequitur. & vt optatum sortiatur effectum, opem libenter, & operā attentius impartitur, ac alias statuit disponit, & ordinat, prout id in Domino conspicit salubriter expedire. Sane sicut nobis innotuit dilecti filii, vniuersi Mercatores, & alii utriusque sexus homines nationis Florentinæ Rom. Curiam sequentes, cupiunt pro illorū consolatione & animarum salute, in quodam Solo per eos empto sito in regione Pontis de Vrbe prope flumen Tiberis, ad omnipotentis Dei, eiusq; intemeratę virginis Mariæ, ac totius curiæ cœlestis gloriā, unam Eccle. sub inuocatione Sanctorū Ioannis Baptistæ, ac Cosmi & Damiani Martyrum, cui Cura animarū uniuersitatis Curalium dictæ nationis immineat, & ad quam, & non ad aliam Ecclesiam dictæ urbis pro diuinis audiendis, ac sacramentis Ecclesiasticis recipiendis dicti Curiales accedere teneantur. A fundamentis sumptuoso opere & miro ædificio construi ædificare facere, si hoc eis a sede prædicta libere concedatur. Nos igitur, qui salutem quærimus singulorum, ac diuinum cultum, ubiq; uigeri & augeri nostris potissime temporibus synceris desideriis affectamus, eorumq; uniuersitatē, & eorum singulos a quibusuis excommunicationis, suspeñ. & interdicti, aliisq; ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, a iure uel ab homine quauis occasione ad effectum præsentium absoluētes, & absolutos cēsentes, Motu proprio nō ad ipsorū uniuersitatis, vel alicuius p eos nobis super hoc oblatę petitionis instañ. Sed ex certa scientia ac mera deliberatione nostris, necnon de apostolicæ potestatis plenitudine, uniuersitati Curialium nationis huiusmodi in dicto, aut alio eorum solo dictæ vrbis per eos eligendo & ad hoc idoneo unā Ecclesiam cum fonte, seu fontibus baptismalibus, Campanili, Campanis, Cimiterio, & aliis iuribus ad hoc necessariis ad instar parrochialium ecclesiarum, prędicta aut alia inuocatione, etiam per eos eligenda cōstrui, & ædificari, faciendi, ac Ecclesiam & Cāpanile huiusmodi ad altitudinem (de qua eis uidebitur) extollendi auctoritate apostolica tenore præsentium, licentiā & facultatem cōcedimus. Dictamq; construendam Ecclesiam, postquā constructa, seu taliter, q̄ diuina inibi decenter, ac cum commodo celebrari possint, construi cepta fuerit in parrochiali, seu cum cura secularem Ecclesiam cum fontibus baptismalibus, Campanili, Campanis, Cimiterio, & aliis necessariis officinis ad parrochialem Ecclesiam pertinentibus, etiam exnunc prout extunc, & econtra erigimus & constituimus. Ac q̄ exnunc deinceps in perpetuum omnes & singulæ, etiam ecclesiasticæ quacunq; dignitate fungantur, & etiam laicales cuiuscunq; conditionis status & artifitii existant, utriusq; sexus personę dictæ nationis, & de Florentinorum dominio oriundæ duntaxat, eandem Curiam sequentes ac etiam eorum seruitores, & nihilominus, ut dicta construenda Ecclesia ad perfectum ædificationis opus deducatur, & in suis structuris, ac de ædifitiis re.

Bulla Leo. Pōt. Eccles. nationis Floreñ. cōcessa.

Singularis affectus Mercatorū Florentinorum.

Facultas Apl'ca erigendi Eccle. Floreñ.

paretur, conseruetur, & manu teneatur. Librisq; calicibus, & aliis ornamentis ecclesiasticis ad diuinum cultum necessariis fulciatur, ac condignis frequentetur honoribus & in maiori veneratione habeatur. De omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, omnibus & singulis vtriusq; sexus Christifidelibus vere pœnitentibus & confessis, seu firmum propositum confitendi habentibus, qui dictam construendam Ecclesiam, (postq̃ construi, & ædificari cepta, & donec ad perfectum opus deducta fuerit) in Sancti Ioannis Baptistæ, ac sanctorum Cosmi & Damiani huiusmodi festiuitatibus, a primis Vesperis vsq; ad occasum Solis, singularum festiuitatum earũdem deuote visitauerint annuatim, & pro illius fabrica, structuris, & manutẽtione ac aliis supradictis, de bonis sibi a Deo collatis, pro eorum arbitrio, & qualitate aliquid legauerint, seu manus porrexerint adiutrices, vel aliquod Charitatis subsidium contulerint, seu senes, & valitudinarii, ac prægnantes, & lactãtes mulieres, & alii legitimo impedimento detenti, de eiusdem bonis suis, pro præmissis ad dictam cõstruendam Ecclesiam transmiserint, plenariam omnium peccatorum suorum, a pœna & culpa remissionem, & absolutionem ad instar Anni Iubilei cõcedimus, & elargimur. Illis vero qui aliis cuiuslibet Anni diebus dominicis construendam Ecclesiam etiam visitauerint, & ad præmissa manus portexerint adiutrices, (vt prefertur) p qualibet die qua & quoties id fecerint, mille Annos & totidem quadragennas de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in domino relaxamus. Necnon omnibus & singulis etiam vtriusq; sexus fidelibus dictæ nationis Florẽtinæ, eorum familiaribus, seruitoribus, & subditis præfatis duntaxat, quod ipsi de Cætero perpetuis, futuris temporibus quadragesimalibus, & aliis diebus & temporibus stationum dictę Vrbis eandem construendam Ecclesiam deuote visitando, & ter orationem dominicam, ac totidem salutationem Angelicam, pro fœlici statu, ac unitate & prosperitate eiusdem Romanæ Ecclesiæ, ac Romañ. Pontifi. pro tempore etiam deuote recitando, tot & similes Indulgentias, & peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur, si singulis diebus, & temporibus eisdem septem principales, & alias dictæ vrbis & extra eam existentes ecclesias, & basilicas pro stationibus & indulgentiis Vrbis huiusmodi consequendis deputatas personaliter visitarent præfata authoritate Apostolica earundem tenore præsentium concedimus, & in domino elargimur. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, mandati, volũtatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo decimo, Quarto Idus Ianuarii, Pontificatus Nostri Anno septimo.

In festiuitatibus S.Ioã. Baptistæ & Cos.& Dam. Plen. Remis.ad instar anni Iubi.

Visitantes Ecclesiam Florentin. easdem Indulg. cõsequunt, quas cõsequeren. visitãdo septẽ Eccl. principa. Vrbis.

CLEMENS EPISCO

PVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPE-
TVAM REI MEMORIAM.

Motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine uobis, q omnes & singulæ missæ, quas omnes et singuli uestrum in altari Crucifixi, dum pro uestrorum defunctorum animabus celebrari feceritis, et uestrum quilibet fecerit, seu qui presbyteri fueritis p uosmetipsos celebraueritis, animabus prædictorum defunctorum, (qui in unitate fidei decesserunt) per modum suffragii suffragentur. Et animæ prædictæ pro quibus dictę missæ celebratæ fuerint, easdem Indulgentias et peccatorum remissiones per dictum modum suffragii consequantur, quas consequerentur si dictæ missæ in altari sancti Gregorii de Vrbe pro ipsorum defunctorum animarum salute celebrarentur, et celebratæ essent, apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Decernentes, q si contingat Crucifixum prædictum ad aliquod aliud altare transferri, hanc quoq; gratiam ad altarę huiusmodi (ubi Crucifixus prefatus collocabitur) trãslatam esse, et censeri debere, prout etiam nos transferimus per præsentes. In contrarium, &c. Præsentibus perpetuis futuris temporibus ualituris. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo piscatoris Die ultima Aprilis, Millesimo quingentesimo trigesimo secundo, Pontificatus Nostri Anno nono.

Breue Cle. Crucifixo Eccle. Floreñ. concessum.

Animæ defuncto. pro quibus celebratio missarum fit in altari præfati Crucifi. easdẽ pecca. re. cõse. quas cõse. in altari sancti Gregorii.

Auscultaui cum originalibus de verbo ad verbum concordant ideo, &c.

ET EGO FRANCISCVS de Mello Clericus Bracharẽ. Dioc. publicus authoritate apostolica Notarius & in Romano Archiuio descriptus, qui dictorum Priuilegiorum, & gratiarum apostolicarum transumptu interfui, eaq; omnia singula manu mea propria ab illorum originalibus fideliter, ac de verbo ad verbum transcripsi, & collationaui. Idcirco hanc meam subscriptionem signo & nomine meis consuetam confeci, & in publicam formam redegi, in fidem robur, & testimoniũ omnium præmissorum rogatus & requisitus.

Francisc. de Mello auscultauit.

IVLIVS EPISCO

PVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Bulla Iulii Pōti. in qua annotan. dies & stationes Vrbis Romæ.

CAtholicorum Regum, & Principum votis, (illis præsertim, per quæ Christifidelium animarum saluti consulitur,) libēter annuimus, eaq; fauore beniuolo confouemus. Sane pro parte chariſſimi in Christo filii nostri Ferdinandi Aragoniæ, & Siciliæ Regis, & chariſſimę in Christo filiæ nostræ Ioannæ ipsius Ferdinandi Regis Natæ, Castellę & Legionis Reginæ illustrium. Exhibita nobis nuper petitio continebat, q̄ alias vniuersis, & singulis Confratribus hospitalis regalis nuncupati Compostellañ. cuius ipse Ferdinandus Rex, & Ioanna Regina fundatores & administratores existunt, & officialibus, & aliis personis dicti hospitalis Apostolica fuit authoritate indultum, q̄ Confratres, officiales, & personæ prædictę certa tunc expressa Ecclesias, seu Altaria quadragesimalium, & aliis anni diebus, quibus nonnullæ Vrbis Ecclesiæ pro Stationibus consequendis a Christifidelibus visitantur, deuote visitando omnes, & singulas Indulgentias, ac peccatorum remiſſiones consequerentur, quas Christifideles præfati dictas Vrbis Ecclesias diebus huiusmodi visitantes consequūtur. & quia dicti confratres officiales, & aliæ personæ quibus quæ Ecclesiæ Vrbis pro Stationibus huiusmodi consequendis visitare solent, certam non habent notitiā. Et propterea possent conceſſo eis a sede Apostolica beneficio prædicto sæpius defraudari. Desiderant dies ipsos, vt illos in dicta visitatione Ecclesiarum, seu Altariū per eos ad effectum dictas Indulgentias consequendi, (vt præmittitur) facienda diligēter obseruent, sigillatim & respectiuè nostris literis annotari. Quare pro parte Ferdinandi Regis, & Ioannæ Reginæ prædictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, vt singulos dies huiusmodi, describi, & annotari (vt præfertur) mandare, Aliasq; in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. NOS igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, Singulos dies prædictos, etiam ordine eorum vsquequaq; seruato præsentibus in modum sequentem describi, & annotari fecimus.

Petitio Ferdinā. & Regis Catholici Hospit. Cō postellañ. Fūda.

Affectus Cōfra rū pręsa. Hosp.

Supplica. Reg.

Benigni. Pōtifi.

Dies & Sta. qua.

¶ Die Cinerū, quæ est Feria quarta, sanctę Sabinæ. Feria quinta sancti Georgii ad velum aureū. Feria sexta sanctorū Ioannis, & Pauli. Sabbato sequēti sancti Triphonis. Primo die Dominico quadragesimæ sancti Ioānis Lateraneñ. & Principis Apostolorū. Feria deinde secunda, sancti Petri ad Vincula. Feria tertia, sanctæ Anastasiæ. Feria quarta, sanctæ Mariæ Maioris nuncupatæ. Feria quinta sancti Laurentii in Palisperna. Feria sexta, duodecim Apostolorum. Sabbato sequenti eiusdem Principis Apostolorum. Secundo die Dominico quadragesimæ sanctę Mariæ in Nauicula. Feria deinde secunda sancti Clementis. Feria tertia sanctę Balbinæ. Feria quarta sanctæ Cecilię. Feria quinta sanctæ Mariæ in Trāstiberim. Feria sexta sancti Vitalis. Sabbato sequēti sanctorum Marcellini, & Petri Martyrū. Tertio die Dominico quadragesimæ sancti Laurentii extra muros Vrbis. Feria deinde secūda sancti Marci. Feria tertia sanctæ Potentianæ. Feria quarta sancti Sixti. Feria quinta sanctorum Cosmę & Damiani. Feria sexta sancti Laurentii in Lucina. Sabbato sequenti sanctæ Susannę. Quarto die dominico quadragesimę sanctæ Crucis in Ierusalē. Feria deinde secunda Sanctorum Quatuor Coronatorum. Feria tertia sancti Laurentii in Damaso,

Prima Dñica.

Secunda Dñica.

Tertia Dñica.

Quarta Dñica.

maso. Feria quarta sancti Pauli, Feria quinta sancti Syluestri, Feria sexta sancti Eusebii, Sabbato sequenti sancti Nicolai in carcere Tulliano. Quinto die dominico quadragesimæ eiusdem Principis Apostolorum, Feria deinde secunda sancti Grisogoni. Feria tertia sancti Quirici, Feria quarta sancti Marcelli, Feria quinta sancti Apollinaris, Feria sexta sancti Stephani in Celiomonte, sabbato sequenti sancti Ioannis ante portam Latinam. Die dominico in Palmis eiusdem sancti Ioannis Lateraneñ. Feria deinde secunda sanctæ Praxedis, Feria tertia sanctæ Priscæ. Feria quinta eiusdem sancti Ioannis Lateraneñ. Feria sexta eiusdẽ sanctę Crucis in Ierusalem. Sabbato sequenti eiusdem sancti Ioãnis Lateraneñ. In die Paschatis eiusdẽ sanctę Marię Maioris, Feria deinde secunda eiusdem Principis Apostolorum. Feria tertia sancti Pauli. Feria quarta sancti Laurẽtii extra muros. Feria quinta Duodecim Apostolorum, Feria sexta beatę Marie ad Rotũdam. Sabbato sequenti sancti Ioannis Lateranensis Die dominico in Albis sancti Pancratii. ¶ Præterea a media Quadragesima vsq; ad octauam Paschatis, quo tempore in Ecclesia domus beatæ Mariæ de Populo intra & prope muros Vrbis, aperitur tabernaculum in quo recõdita est deuota Imago eiusdem beatæ Mariæ virginis, ipsaq; Imago interim cunctis patet dictæ sanctæ Mariæ de Populo die quolibet, & die vigesima Mensis Martii prædictæ sanctę Crucis in Ierusalem, & in festo sancti Marci quo solennis quædam processio in Vrbe celebratur eiusdem sancti Marci, & in Ebdomada Rogationum. Feria secunda Principis Apostolorum. Et Feria tertia sancti Ioannis Lateranensis. Et Feria quarta sanctæ Mariæ Maioris, & in festo Ascensionis dominicæ Principis Apostolorum. Et in festo Penthecostes eiusdem principis Apostolorum. & Feria deinde secunda sancti Petri ad Vincula. Et Feria tertia sanctæ Anastasiæ. Et Feria quarta sanctæ Marię Maioris. & Principis Apostolorum. Et Feria quinta sancti Laurentii extra muros. Et Feria sexta duodecim Apostolorum. Et sabbato sequenti Principis Apostolorum. etiam in obseruatione quatuor temporum de mense Septembris. Feria quarta sanctæ Mariæ Maioris. Et Feria sexta duodecim Apostolorum. Et sabbato sequenti principis Apostolorum. Necnon in Aduentu Domini sanctæ Mariæ Maioris. Et secundo sanctę Crucis in Ierusalem. Et tertio diebus dominicis principis Apostolorum. Et Feria quarta quatuor tẽporum dicti Aduentus sanctę Mariæ Maioris. Et Feria sexta duodecim Apostolorum. Et sabbato sequẽti principis Apostolorum. Et quarto die dominico eiusdem aduentus duodecim Apostolorum. Et in vigilia festi Natiuitatis dominicæ, ac in ipso festo, sanctæ Mariæ Maioris. & in festo sancti Stephani eiusdem sancti Stephani in Celiomonte. & in festo sancti Ioannis Euangelistæ sanctæ Marię Maioris, & sancti Ioannis Lateraneñ. & sancti Syluestri. & in celebritate Innocentium sancti Pauli. ac in festo Circuncisionis dominicæ sanctæ Mariæ ad fontes olei. & in festo Epiphaniæ principis Apostolorum. & in die dominico in septuagesima sancti Laurentii extra muros. & in die dominico in sexagesima sancti Pauli. & die dominico in quinquagesima præfati Principis Apostolorum. Ecclesiæ & Basilicæ pro dictis Indulgentiis, & remissionibus consequendis a Christifidelibus præfatis visitari respectiue consueuerunt. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ descriptionis, & annotationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incar-

Quinta Dñica.

Dñica in Palmis

In die Paschatis.

Tabernaculũ in quo ẽ Ima. virg. De Populo aperit in media quadragesima.

In festo Penthec.

In Aduentu.

In festo Natiuit.

Circuncisionis, Epiphaniæ.

Publicat. Bullæ.

nationis Dominicæ Millesimo quingentesimo septimo. Quarto Calen. Nouembris. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Sumptum ex registro literarum Apostolicarum Coll. per me Melchiorem dicti registri magistrum & concordatorem.

FINIS.

Ad Lectorem.

EN habes (Lector humanissime) Hoc Priuilegiorum & Indulgentiarum Hospitalium Almæ Vrbis verum Transumptum, quod etsi ex densissima vetustatis caligine deduximus, ea tamen diligentia atq; animi cura exaratum est & excussum, vt viuum exemplar non desideres. Vnum vero superest. q; illos fœlices appelles, quibus tanto gratiarum cumulo potiri concessum est. Sed fœliciorem iudicabis Ciuitatem illam Salamantin. in qua licet nobilitatis Decus, & literarum Candor refulgeat, in ea tamen hoc sanctissimum pietatis opus nunq̃ deficiet, sed in perpetuum lucebit.

Vale.

Ex Officina Antonii Bladi Asulani, Viri in arte Typica ex omni parte absolutissimi, Romę Anno Incarnationis Domini. M. D. X L I. V I I. Die Mensis Aprilis.

Sedente Paulo. I I I. Pontifice Maximo, Pontifi. sui Anno Septimo.







